

Google




SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
ET
CHRISTO
ECCLESIAE
VE RI TAS

COLLUTHI LYCOPOLITANI

CARMEN DE RAPTU HELENAE.

EDIDIT

EUGENIUS ABEL.

BEROLINI

APUD S. CALVARY ET SOCIOS

MDCCCLXXX.

PRAEFATIO.

Colluthi Lycopolitani carmen epicum de raptu Helenae versibus elegantissimis ad Nonni normam conditis ineunte ut videtur p. Chr. n. saeculo sexto compositum, licet paulo ieiunius et multo magis loquendi formulis quae auctori in deliciis erant ad nauseam usque saepissime recurrentibus quam fideli Nonni imitatione insigne, tamen inde a renascentium litterarum temporibus multorum virorum doctorum assiduam felicemque expertum est operam. Neque tamen me laborum quos huic carmini impendi poenitet, cum nulla eius extet editio in qua codicum variantibus lectionibus et criticorum observationibus in unum congestis carmen lectu sane non indignum si non ad pristinum nitorem reductum, saltem ita descriptum apparatuque critico ornatum sit, ut multo iam facilior eius emendatio editoribus et criticis futura sit. Nam ut pauca quaedam de Colluthi historia critica praemittam, post Aldinam editionem e pessimae notae codice post Quintum Smyrnaeum sine adiecta anni nota impressam, quae ab aliis aliter ad annum 1504, 1505 immo 1521 refertur, primus Brodaeus in »Annotationibus in Coluthi Thebani de Raptu Helenae librum« (Basileae, per Ioannem Hervagium 1552) nonnulos locos feliciter correxit, alios temere mutavit, parum in hoc negotio adiutus a versione latina Eobani Hessi (Erphurdiae 1533) satis inepta (cuius textum graecum *h* littera notavi), et Jodoci

Valeraei (Antverpiae 1539) prosa oratione facta, sed illa multo meliore. Non nullos Aldinae errores maximam partem typographicos correxit etiam Perdrierius hom o singularis Graecae linguae ignorantiae (Coluthi Raptus Helenae per Renatum Perdrierium ad verbum translatus, cum brevibus Bernardi Bertrandi annotationibus. Ex off. J. Oporini Basil. 1555) cuius emendationes ego primus in notis commemoravi. — Etiam Colluthi carmen in Corpus Poetarum Graecorum Principum Heroici Carminis a se a. 1556 editum recepit Henricus Stephanus, Brodaei plerumque opera hic inde emendatius factum. Cuius textus multis typographi erroribus additis repetitus est in Lectii Corpore Poetarum Graecorum (Colon. Allobr. 1606) et in Aemilii Porti editione (Genevae 1609) haud raro tamen ex editoris ingenio correcta vel potius corrupta, quae et ipsa satis neglegenter Amstelodami apud Janss. Waesbergios anno 1735 recusa est. Neque multo plus profuerunt reliqui saeculi decimi septimi editiones. Sixtus Henricpetri Basileae a. 1569 non nisi Aldinum exemplar recudi fecit, imitatus in hac re anno 1574 a Michaele Neandro (Avenione, apud J. Crispinum) qui praeter versionem et notas in rebus mythologicis explicandis maximam partem positas satis duxit Brodaei correctiones in editionis margine apponere et commendare. Hanc praesertim editionem secutus est Stephanus Ubelus (Franequerae, ap. Aegidium Radaeum a. 1600.) Etiam Claudii Dausqueii »Annotationes in Coluthum« (1614) Valentini Ernesti Loescheri »Lectionum Coluthianarum liber singularis«, Christiani Feusteli »Miscellanea Coluthianarum Lectionum« (Vittembergae 1724) nihil aliud quam eruditionis vanissimae farraginem ad Colluthum minime pertinentem exhibent. Anno demum 1747 iusta prodiit Colluthi editio a J. Daniel a Lennep curata (Leovardiae ex offic. Guil. Coulon. 1747) quae praeter textum, versionem latinam et indicem verborum continet nonnullas notas doctissimas Falken-

burgii, anonymi cuiusdam docti (Danielis Heinsii, vel quod mihi probabilius videtur, Gulielmi Canteri) Dorvillii, Ruhnkenii et ipsius Lennepii cum lectionibus neglegentissime excerptis sex codicum, Ambrosiani dico, Laurentiani, Vossiani, Reimariani, duorum Parisinorum. Difficiliores Colluthi loci in »Animadversionibus ad Colluthum« editioni subiunctis tractati sunt, ubi etiam de multorum aliorum scriptorum locis corruptis fusius agitur. Hanc editionem satis cultam sed Lennepii suspicionibus saepe minime necessariis et nonnunquam falsis nimis refertam antequam recudi fecit G. H. Schaefer (Lips. 1825), Bandini ita in suum usum convertit (Florentiae 1765) ut non solum textum et notas verum etiam praefationem in Italicum versam auctoris nomine ne commemorato quidem receperit et nihil nisi Italicam Antonii Mariae Salvini versionem addiderit. Lennepii versionem latinam et notas nonnunquam feliciter correxit Philippus Scio, qui Matriti anno 1770 edidit Colluthum addita quoque versione Hispanica ab Ignatio Garcia confecta. Nihil tamen de Lennepii editione innotuisse videtur Angelo Theodoro Villae qui Mediolani anno 1753 ad codicis Ambrosiani fidem edidit Colluthum additis notis ad grammaticam et mythologiam potissimum pertinentibus. Contra totus fere ex Lennepio pendet Harlesius (Norimbergae 1776, post Aristophanis Plutum) qui plurimas Lennepii coniecturas in textu retinuit, et eas, quas recipere ausus non est, in notis laudavit. — Denique — quoniam quae Immanuel in »Animadversionibus ad Colluthi carmen cum specimine versionis germanicae« (Hamburg. 1809. 159 pag.) ad Colluthum emendandum contulerit neque mihi neque reliquis ante me editoribus innotuerunt, — novam viam primus ingressisse credendus est Imm. Bekker (Berol. 1816). Hic enim praeterea quod deteriorum codicum lectiones e Lennepii editione neglegentissime excerptas et codicis Gothani lectiones a Passowio primo indicatas in suam editionem recepit, textum

ad praestantissimi codicis Mutinensis a se primo mira neglegentia collati fidem edidit auxitque, et in notis eos Nonni locos indicavit, quos a Colluthо respectos esse vidit indefessa Wernikii diligentia. Ex sua ipsius coniectura Bekker fere nihil mutavit, neque locis depravatissimis vel contra metrum pugnantibus animum advertere voluit. Hanc editionem vix duobus locis mutatam repeti curavit G. H. Schaefer Lipsiae a. 1823 typis Weigelianis, qui etiam Neapolitani codicis collationem nescio a quo neglegentissime confectam adiecit. Eiusdem Bekkeri vestigiis insistens A. Stanislas Julien Colluthum edidit Parisiis a. 1823, in qua editione correxit errores a Bekkero in exscribendis Lennepii notis commissos, iterum contulit duos codices Parisinos (P et Q) eorumque imaginem satis fidelem adiunxit, addidit sex versiones, Latinam, Francogallicam, Italicam, Hispanicam, Germanicam, et notas, in quibus priorum interpretum et criticorum sententias non nimis neglegenter enumeravit et nonnulla textus vitia emendare conatus est. Aliquanto plus credo, Iulien profecisset, si legisset ea quae nonnunquam felicissima Graefius Demetrii Popoffii observationibus in Colluthum conscriptis sed nunquam ut videtur typis mandatis ad hunc laborem excitatus ad Colluthum emendandum excogitaverat vel haud ita raro hariolatus potius erat Petropoli a. 1818, quae repetita leguntur in calce editionis Lennepianae a Schaefero curatae (p. 241—260). Multo plura quae probari possint protulit Godofr. Hermann in »Emendationibus Coluthi« (Lipsiae 1828) cuius inventa audacioribus quibusdam tantum reiectis fere omnia in textum recepit F. S. Lehrs qui in prima editione (a. 1840 in collectione Didotiana cum Hesiodo, Quinto Smyrnaeo, Apollonio Rhodio, Musaeo, Tryphiodoro, Tzetza) de suo nihil fere addidit, in secunda autem eorundem scriptorum editione, quae anno 1842 prodiisse dicitur, duos Colluthi versus a Mutinensi libro solo servatos et a Millero primo indicatos —

fugerunt enim Bekkeri oculorum aciem — primus inseruisse traditur. — Schaeferi, Iuliani et Lehrsii editiones in notis saepe »rell. post Bekker. edd.« vel praeeunte Bekkeri nomine »rell. edd.« signavi; numeri in textus margine uncis angulatis circumscripti sunt Bekkeriani et Lehrsiani (pr. edit.), uncis curvis circumdati autem editionum ante Bekkerum, quorum numeros retinuit Iulien.

Post Lehrsii editionem quae apparatu critico omnino caret nulla alia ad hunc usque diem foras data est; neque tamen Colluthum neglexerunt viri docti. Ricardus Volkmann sane quae assidua lectione in nostro carmine lacunis maxime indicandis correxit noluit publici iuris facere, certior factus, doctum esse iuvenem cuius olim familiaritate gaudebat, eandem fere materiam prope diem tractaturum (v. Commentationes Epicae, Lipsiae 1854 p. V), sed minus quam Volkmann veriti, ne alienis studiis praepostera cura officiant plurimum ad Colluthum emendandum contulerunt viri sagacissimi O. Schneider, qui in »Coniectaneis ad Colluthum« (Philol. 23 p. 404—447- plurimos nostri locos saepissime egregie correxit et Ed. Tournier qui in libello Parisiis a. 1870 edito (»Notes Critiques sur Colluthus,«) nonnulla textus vitia iam ab aliis animadversa nova via emendare studuit, alia primus detexisse sibi visus est, in illo quam in hoc felicior, ut recte iudicavit O. S. (Schneider) qui huius libelli censuram egit in »Philologischer Anzeiger« II 1870, p. 194—198. Praeterea nonnulla attigerunt Ludwich et Tiedke in commentationibus quas de arte metrica Nonni eiusque sectatorum ediderunt. — Horum omnium labores indicatis etiam eis Nonni locis a Colluthо imitatis quorum notitia ad rem criticam facere videbatur, in hac novissima editione sub examen vocatos lectoribus ea de causa proposui, ne causae nonnunquam subtilissimae quibus inductus tradita poetae verba alios secutus mutavi, lateant, ego autem nimiae temeritatis culpam incurrere credar.

Restat ut de codicibus, quorum integram collationem notis inserui, pauca moneam. Sunt autem hi, quos solis G R exceptis omnes ipse contuli (ubicunque in notis codicum siglas uncis circumdedi, de codicum scriptura collatoris silentio tantum constat):

M nunc Parisinus suppl. gr. 388, a Bekkero cum ex Italia superiore Parisios adductus esse creditus sit Mutinensis appellatus, a secunda aliqua manu (M 2) eiusdem ut videtur ac librarius aetatis, aliquotiens correctus, saeculi ut videtur decimi, qui praeter Homerocentra, Dionysium Periegetam, Theognidem, alios, Colluthum quoque continet. Liber omnium praestantissimus, qui novem versus in caeteris codicibus omnibus omissos solus habet, et cui maiorem etiam quam reliqui ante me critici auctoritatem tribui. Primus eum contulit Bekker neglegentissime, tum multo diligentius et maxima cum utilitate Pressel, cuius collatio publici iuris facta est in Philologo V p. 169—170. Tum Edwin Patzig codicem inspexisse dicitur a Tournerio p. 8. cuius collatio an alicubi edita sit, nescio. Tournier ipse totius codicis collationem se editurum esse ibidem promisit, neque tamen promissis stetit, nam in libello supra commemorato ad eos tantum carminis locos codicis discrepantiam adscripsit, quos tractandos sibi sumpserat. Haec collatio multo quam caeterae ante Tournerium correctior est, eoque imprimis nomine laudanda, quod in ea primum adnotatum invenitur in M nonnullos versus in aliorum versuum ut videtur rasura ab alia sed primae manui coaeva manu (mihi M 3) exaratos esse. Quintus ego ipse diligentissimam huius codicis collationem confeci, quam ubicunque a Tournerii collatione discrepantem repperi, codicem iterum pro me inspexit vir doctissimus et erga me benevolentissimus Henricus Omont.

Reliqui codices quos in notis saepe deteriorum nomine complexus sum hi sunt:

A Ambrosianus Q 5 sup. saec. XV chart in 4° olim Io. Vinc. Pinelli. Continet Trichae synopsin de metris novem, Libanii epistolicos characteres, Colluthum, Tryphiodorum. Ex hoc codice Colluthum edidit Theodorus Villa, qui etiam nonnullas glossas, quae plurimae in codice extant imprimi curavit. Quas ut pote minimi pretii omnes omisi sicut eas quoque quas scholiorum nomine insignitas Iulien ex Q protulit. Ambrosiani codicis »varias lectiones excerptas a d. Abbate Villa, curante amplissimo marchione Theodoro Alexandro Trivulcio, rogante A. F. Gorio« ad exemplaris Lectiani marginem enotatas Oxonii in Bibliotheca Bodleiana inter Dorvillii manuscripta (X. 1, 4, 27) vidi. A Dorvillio eas accepit Lennep.

C cod. Parisinus suppl. gr. 109 chartac. saec. XV ab eadem ut videtur manu vitiosissime scriptus qua celeber ille Quinti Smyrnaei codex Monacensis; glossis plurimis, latinis quoque intermixtis, refertus est. Primus post Patzigium contulit Tournier (cui erat *O*), qui paucas tantum ex eo lectiones protulit; tertius ego contuli.

G codex Gothanus ex antiquarum editionum aliqua (ex Porti editione ut mihi quidem videtur) descriptus est, quod primus vidit O. Schneider. Eius lectiones publici iuris fecit Fr. Passow in calce Musaei a. 1810 Lipsiae a se editi p. 168—170.

L cod. Laur. plut. XXXI cod. 27 chart. saec. XV collatus etiam a Biscionio a. 1745. Quae Dorvillius ex eo enotaverat et cum Lennepio communicavit, asservantur in codice Bodleiano supra laudato.

N cod. Neapolitanus II F 17, chart. saec. XV ab eadem manu qua Quinti Smyrnaei codex Parrhasianus praestantissimus exaratus. Huius codicis collatio innumeris vitiis scatens editioni Weigelianae adiecta est.

P cod. Paris. 2764 chart. saec. XV exeuntis, scriptus *ἐπὶ Φούσκης κρατούσης* id est *ἐπὶ Φουσκαρέως κρατοῦντος*, duce Venetiarum Foscario, ut fortasse recte vidit Tournier p. 8. Dorvillii gratia in Lennepii usum contulit Martinus Bouquet, quae collatio, sicut etiam codicis Q, nunc inter Dorvilliana X, 1, 3. 5 asservatur.

Q cod. Paris. 2600 chart. saec. XV ab eodem Bouqueto primo collatus; huius codicis sicut etiam codicis P imaginem satis fidelem, nisi quod correctorum manus in ea non sunt distinctae, suae editioni adiciendam curavit Iulien. Caeterum ubi mea collatio a priorum editionum collatione vel etiam a Iuliani facsimili quod vocatur discrepat, mihi soli fidem habendam esse meo iure affirmo.

R cod. olim Eliae Putschii, deinde Ioannis Alberti Fabricii, qui in Bibl. Graec. Vol I p. 303 ante trecentos circiter annos eum scriptum esse tradit. Postea in Hermanni Samuelis Reimari Hamburgensis manus devenit, qui collationem satis accurate, ut videtur, Ruhnkenii gratia institutam, Lennepio concessit. Ubi nunc lateat, nescio.


S cod. Palat. 319 chart. saec. XV, nunc in Vaticana Bibliotheca asservatus; a me primo collatus.

V codex nescio quis (fortasse non diversus ab S), cuius collatio in Bibliotheca Lugdunensi inter manuscripta Vossiana Misc. 13 ab Isaaci Vossi manu exarata extat, unde neglegentissime descriptam cum Lennepio communicavit Valckenaer.

W cod. Marcianus class. IX cod. I chart. saec. XVI a me primo collatus.

Qui codices quibus inter se cognationis vinculis contineantur facile perspici potest. Mutinensis liber antiquissimus et omnium plenissimus solus melioris familiae testis superest. Reliqui codices deteriores a Bessarionis exemplari ducti esse videntur, quod primus perspexit Lennep p. VI.

Stemma eorum hoc mihi composui:



C et L, qui saepe inter se consentiunt, modo ad A Q, modo ad N R propius accedunt et nullam certam in hoc stemmate sedem habent; G librum ex editione descriptum esse iam supra monui. —

Quod autem ad artis criticae genus Collutho emendando adhibendum pertinet, velim recordentur lectores miserum carminis statum a Schneidero p. 404—407 eloquentissime descriptum, et, quod Hermannus primus animadvertit, in Collutho tres maxime perturbationis modos reperiri, ab ipsis monstratos codicibus, lacunas, transpositiones versuum et manus correctoris. Quibus perturbationibus si aliorum inventis bene usus salutarem nonnunquam manum admovisse credar, satis me fecisse arbitrabor.

Scripsi Budapestini Cal. Mart. a. MDCCCLXXX.

E. Abel.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΒΙΟΣ.

Κολοῦθος Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιός, γεγονὼς κατὰ Σούδαν ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ κληθέντος Βραχίνου, μετὰ Ζήνωνα βασιλεύσαντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, μεθ' ὃν ἐβασίλευσεν Ἰουστῖνος ὁ Θρᾴξ, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἰουστινιανὸς ὁ θεῖος, ὁ ἐλευθερώσας Ἰταλίαν τῆς δουλείας τῶν Γότθων διὰ Βελισαρίου, ἀνεψιὸς ὢν ἐκείνου, χίλια ἔτη εἰσὶ καὶ μικρόν τι πρός. Οὗτος ἔγραφε Καλυδωνιακὰ δι' ἐπῶν ἐν βιβλίοις ἕξ, καὶ Ἐγκώμια καὶ Περσικά. Τούτῳ ἐπιγέγραπται καὶ τὸ παρὸν ποίημα Ἑλένης Ἁρπαγή, ἐν Ἀπουλίᾳ σύνηθες καὶ γνώριμον, ὅπου καὶ ἡ ποίησις τοῦ Ὁμηρικοῦ Κοΐντου πρῶτον εὕρηται ἐν τῷ ναῷ τοῦ θείου Νικολάου τῶν Κασσούλων ἔξω τοῦ Ὑδρόντου· ὃ ἀνασώσας ὁ θεῖος Βησσαρίων ὁ Νικαίας καρδινάλις Θουσκουλανοῦ τοῖς βουλομένοις ἐκοίνωσε. Καὶ τοῦτο δὲ ἀπόκρυφον γεγονὸς νῦν κοινὸν ἔσται.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἔστι δὲ ἰδεῖν ἐν τούτῳ τὴν ἐν τῷ γάμῳ τοῦ Πηλέως καὶ Θέτιδος συναγωγὴν τῶν θεῶν, καὶ τὴν τῆς Ἔριδος σύγχυσιν, καὶ ἔριν περὶ τοῦ μήλου, καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς ἔπεμψεν Ἑρμῆν πρὸς Πάριν κρινοῦντα τὰς τρεῖς θεάς, καὶ τῇ εὐειδεστέρᾳ δώσοντα τὸ μῆλον. Καὶ πολλῶν ῥηθέντων ὁ Πάρις δέδωκε τῇ Ἀφροδίτῃ τὸ μῆλον, ἐπὶ ὑποσχέσει λαβεῖν τὴν Ἑλένην· ὃ καὶ γέγονε. Πλεύσας γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ εἰς Σπάρτην, καὶ λαβὼν ἐκείνην, ἀνήγαγεν εἰς Ἴλιον, κακὸν ἀρχέκακον πάντων τῶν δεινῶν.

Habet hanc vitam saeculo quinto decimo exeunte conscriptam cod. A et Aldina editio, unde in caeteras transiit. v. 2 *Σοῦδαν* A, *Σουΐδαν* Neander et Ubelus; 3 *βραχινοῦ* A; 13 *καρδινάλης θουσκουλάνου* A, *τουσκουλανός* Neander. 14 *ἐκοινώνησε* A, fort. recte; *δέ* post *τοῦτο* om. A; hypotheseos titulus in A est: *ὑπόθεσις τοῦ παρόντος ποιήματος*, tum *καὶ τοῦτο* pro *ἐν τούτῳ* A.

ΥΠΟΘΕΘΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗΣ.

Κολοῦθος Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιός, γεγονὼς κατὰ Σούδαν ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων μετὰ Ζήνωνα βασιλεύσαντος πρὸ Ἰουστίνου τοῦ θείου Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος, οὗτος ἔγραψε μέτρῳ διάφορα· Καλυδωνικὰ ἐν βιβλίοις ἕξ, Περσικά, καὶ τὸ παρὸν ποίημα Ἑλένης Ἀρπαγήν, ὃ ἐκ Λευκανῶν νῦν ἀνεσώθη. Γράφει τὴν ἐν τῷ τοῦ Πηλέως καὶ Θέτιδος γάμῳ τῶν θεῶν συναγωγήν, καὶ ἔριν περὶ τοῦ κάλλους· ἡ καλὴ λαβέτω τὸ μῆλον, καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς ἔπεμψεν Ἑρμῆν πρὸς Πάριν κρινοῦντα τὰς θεάς, καὶ δώσοντα τῇ εὐειδεστέρᾳ τὸ μῆλον. Πολλῶν δὲ λόγων καὶ ὑποσχέσεων γενομένων ὁ Πάρις δέδωκεν Ἀφροδίτῃ τὸ μῆλον ἐπὶ ὑποσχέσει λαβεῖν τὴν Ἑλένην· ὃ καὶ γέγονε. Πλεύσας γὰρ εἰς Σπάρτην καὶ τὴν Ἑλένην καταπείσας ἀνήγαγεν εἰς τὴν Ἴλιον καταλιποῦσαν καὶ ἄνδρα καὶ θυγατέρα, καὶ οἰκίαν καὶ πάντα τὰ ἐκεῖ ἔρωτι τοῦ βαρβάρου.

Habent hanc vitam S P V W. Titulum dedi ex W; deest titulus in V et etiam in P ex quo Julien falso *Κολούθου Ἑλένης ἁρπαγή* attulit. In S titulus est *ὑπόθεσις τοῦ περὶ τῆς ἁρπαγῆς τῆς Ἑλένης*, Caeterum haec vita prioris fundamentum esse mihi videtur. Aliam Colluthi biographiam continere dicitur cod. Palat. 914 in Bibliothecae Vaticanae Catalogis; sed codex iste saec. X nihil nisi *διηγήσεις τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων* exhibet inter quas fol. 129b—135b vitam *ἰωάννου τοῦ λυκοπολίτου*, qui olim fabri artem exercens postea vitam in solitudinibus degit.

ΚΟΛΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΤΗΣ ΕΛΕΝΗΣ.

Νύμφαι Τρωϊάδες, ποταμοῦ Ξάνθοιο γενέθλη,
αἳ πλοκάμων κρήδεμνα καὶ ἱερὰ παίγνια χειρῶν
πολλάκι πατρῴῃσιν ἐπὶ ψαμάθοισι λιποῦσαι
ἐς χόρον Ἰδαίῃσιν ἐπεντύνεσθε χορείαις,
δεῦτε, θεμιστοπόλοιο νοήματα μηλοβοτῆρος
εἴπατέ μοι, κελάδοντος ἀπορνύμεναι ποταμοῖο,
ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν ἀήθεα πόντον ἐλαύνων,
ἀγνώσσων ἁλὸς ἔργα; τί δὲ χρέος ἔπλετο νηῶν
ἀρχεκάκων, ἵνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὀρίνῃ
βουκόλος· ὠγυγίη δὲ τίς ἔπλετο νείκεος ἀρχή,
ὄφρα καὶ ἀθανάτοισι θεμιστεύσωσι νομῆες;
τίς δὲ δικασπολίη; πόθεν ἔκλυεν οὔνομα νύμφης
Ἀργείης; αὐταὶ γὰρ ἐθηήσασθε μολοῦσαι
Ἰδαίης τρικάρηνον ὑπὸ πρηῶνα Φαλάκρης,
καὶ Πάριν οἰοπόλοισιν ἐφεδριόωντα θοώκοις,
καὶ Χαρίτων βασίλειαν ἀγαλλομένην Ἀφροδίτην.
Ὡς ὁ μὲν ὑψιλόφοισιν ἐν οὔρεσιν Αἱμονιήων
νυμφιδίων Πηλῆος ἀειδομένων ὑμεναίων
Ζηνὸς ἐφημοσύνῃσιν ἐῳνοχόει Γανυμήδης·
πᾶσα δὲ κυδαίνουσα θεῶν ἔσπευδε γενέθλη
αὐτοκασιγνήτην λευκώλενον Ἀμφιτρίτης·
Ζεὺς μὲν ἀπ' Οὐλύμποιο, Ποσειδάων δὲ θαλάσσης·
ἐκ δὲ Μελισσήεντος ἀπ' εὐόδμου Ἑλικῶνος
Μουσάων λιγύφωνον ἄγων χορὸν ἦλθεν Ἀπόλλων·
[39] *χρυσείοις δ' ἑκάτερθε τινασσόμενος πλοκάμοισι*

[40] βότρυς ἀκερσεκόμης Ζεφύρῳ στυφελίζετο χαίτης.
τὸν δὲ μεθωμάρτησε κασιγνήτη Διὸς Ἥρη.
οὐδ' αὐτὴ βασίλεια καὶ ἁρμονίης Ἀφροδίτη
ἐρχομένη δήθυνεν ἐς ἄλσεα Κενταύροιο.
καὶ στέφος ἀσκήσασα γαμήλιον ἤλυθε Πειθώ,
τοξευτῆρος Ἔρωτος ἐλαφρίζουσα φαρέτρην.
[30] καὶ βριαρὴν τρυφάλειαν ἀπὸ κροτάφοιο μεθεῖσα
ἐς γάμον ὡμάρτησε γάμων ἀδίδακτος Ἀθήνη.
οὐδὲ κασιγνήτη Λητωϊὰς Ἀπόλλωνος
Ἄρτεμις ἠτίμησε, καὶ ἀγροτέρη περ ἐοῦσα.
οἷος δ' οὐ κυνέην, οὐ δήϊον ἔγχος ἀείρων
[35] ἐς δόμον Ἡφαίστοιο σιδήρεος ἔρχεται Ἄρης,
τοῖος ἄτερ θώρηκος, ἄτερ θηκτοῖο σιδήρου
[37] μειδιόων ἐχόρευεν. Ἔριν δ' ἀγέραστον ἐάσας
[38] οὐ Χείρων ἀλέγιζε καὶ οὐκ ἐμπάζετο Πηλεύς.
[41] ἡ δ' ἅτε βησσήεντος ἀποπλαγχθεῖσα νομοῖο
πόρτις ἐρημαίῃσιν ἐνὶ ξυλόχοισιν ἀλᾶται
φοινήεντι μύωπι, βοῶν ἐλατῆρι, τυπεῖσα·
τοῖα βαρυζήλοισιν Ἔρις πληγῇσι δαμεῖσα
πλάζετο μαστεύουσα θεῶν πῶς δαῖτας ὀρίνοι.
πολλάκι δ' εὐλάϊγγος ἀπὸ κλισμοῖο θοροῦσα
ἵστατο καὶ παλίνορσος ἐφέζετο· χειρὶ δὲ γαίης
εὐρέα κόλπον ἄραξε, καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρη.
ἤθελεν ὀρφναίων γυάλων κληῖδας ἀνεῖσα,
ἐκ χθονίων Τιτῆνας ἀναστήσασα βερέθρων,
οὐρανὸν ὑψιμέδοντος ἀϊστῶσαι Διὸς ἕδρην·

— — — —

ἤθελεν ἠχήεντα πυρὸς πρηστῆρα τινάσσειν·
Ἡφαίστῳ δ' ὑπόειξεν, ἀμαιμακέτη περ ἐοῦσα,
καὶ πυρὸς ἀσβέστοιο καὶ ἰθυντῆρι σιδήρου.
καὶ σακέων βαρύδουπον ἐμήσατο κόμπον ἀράσσειν,
(55) εἴ ποτε δειμαίνοντες ἀναθρώσκοιεν ἰωήν·
ἀλλὰ καὶ ὁπλοτέρης δολίης ἀνεχάσσατο βουλῆς

Ἄρεα δειμαίνουσα, σιδήρεον ἀσπιδιώτην.
ἤδη δ' Ἑσπερίδων χρυσέων ἐμνήσατο μήλων·
ἔνθεν Ἔρις πολέμοιο προάγγελον ἔρνος ἑλοῦσα,
μῆλον, ἀριζήλων ἐφράσσατο δήνεα μόχθων.
χειρὶ δὲ δινήσασα μόθου πρωτόσπορον ἀρχὴν
ἐς θαλίην ἔρριψε, χορὸν δ' ὤρινε θεάων.
Ἥρη μὲν παράκοιτις ἀγαλλομένη Διὸς εὐνῇ,
ἵστατο θαμβήσασα καὶ ἤθελε ληΐζεσθαι·
Ἥρῃ δ' οὐ μεθέηκε καὶ οὐχ ὑπόειξεν Ἀθήνη.
πασάων δ' ἅτε Κύπρις ἀρειοτέρη γεγαυῖα
μῆλον ἔχειν ἐπόθησεν, ὅτι κτέρας ἐστὶν Ἐρώτων.
Ζεὺς δὲ θεῶν καὶ νεῖκος ἰδὼν καὶ παῖδα καλέσσας
τοῖον ἐφεδρήσσοντα προσέννεπεν Ἑρμάωνα·
Εἴ τινά που Ξάνθοιο παρ' Ἰδαίοιο ῥεέθροις
παῖδα Πάριν Πριάμοιο, τὸν ἀγλαὸν ἡβητῆρα,
Τροίης βουκολέοντα κατ' οὔρεα, τέκνον, ἀκούεις,
κείνῳ μῆλον ὄπαζε· διακρίνειν δὲ θεάων
κέκλεο καὶ βλεφάρων ξυνοχὴν καὶ κύκλα προσώπων.
ἡ δὲ διακρινθεῖσα φέρειν περίπυστον ὀπώρην,
κάρτος ἀρειοτέρης ἐχέτω καὶ κόσμον Ἐρώτων.
Ὣς ὁ μὲν Ἑρμάωνι πατὴρ ἐπέτελλε Κρονίων·
αὐτὰρ ὁ πατρῴῃσιν ἐφημοσύνῃσι πιθήσας
εἰς ὁδὸν ἡγεμόνευε καὶ οὐκ ἀμέλησε θεάων.
πᾶσα δὲ λωϊτέρην καὶ ἀμείμονα δίζετο μορφήν.
Κύπρις μὲν δολόμητις ἀναπτύξασα καλύπτρην,
καὶ περόνῃ θυόεντα διασχήσασα κόρυμβον
χρυσῷ μὲν πλοκάμους, χρυσῷ δ' ἐστέψατο δειρήν·
τοῖα δὲ παῖδας Ἔρωτας ἀνηΰτησεν ἰδοῦσα·
Ἐγγὺς ἀγών, φίλα τέκνα, περιπτύξασθε τιθήνην·
σήμερον ἀγλαΐαι με διακρινέουσι προσώπων.
δειμαίνω, τίνι μῆλον ὁ βουκόλος οὗτος ὀπάσσει.
Ἥρην μὲν Χαρίτων ἱερὴν ἐνέπουσι τιθήνην,
φασὶ δὲ κοιρανίην μεθέπειν καὶ σκῆπτρα φυλάσσειν·

καὶ πολέμων βασίλειαν ἀεὶ καλέουσιν Ἀθήνην·
μούνη Κύπρις ἄναλκις ἔην θεός· οὐ βασιλεύω
κοιρανίην, οὐκ ἔγχος Ἀρήϊον, οὐ βέλος ἕλκω.
ἀλλὰ τί δειμαίνω περιώσιον; ἀντὶ μὲν αἰχμῆς
ὡς θοὸν ἔγχος ἔχουσα μελίφρονα δεσμὸν Ἐρώτων
κεστὸν ἐγὼ καὶ κέντρον ἄγω καὶ τόξον ἀείρω,
κεστόν, ὅθεν φιλότητος ἐμῆς βαρὺν οἶστρον ἑλοῦσαι
πολλάκις ὠδίνουσι καὶ οὐ θνήσκουσι γυναῖκες.
Τοῖον ἐφεσπομένη ῥοδοδάκτυλος ἔννεπε Κύπρις·
οἱ δ' ἄρα μητρῴης ἐρατῆς ἀΐοντες ἐφετμῆς
φοιτητῆρες Ἔρωτες ἐπερρώοντο τιθήνῃ.
Ἄρτι μὲν Ἰδαίην ὑπερέδραμον οὔρεος ἄκρην,
ἔνθα λιθοκρήδεμνον ὑπὸ πρηῶνος ἐρίπνην
κουρίζων. ἐνόμευε Πάρις πατρώϊα μῆλα.
ποιμαίνων δ' ἑκάτερθεν ἐπὶ προχοῇσιν ἀναύρου
νόσφι μὲν ἀγρομένων ἀγέλην πεμπάζετο ταύρων,
νόσφι δὲ βοσκομένων διεμέτρεε πώεα μήλων·
καί τις ὀρεσσαύλοιο δορὴ μετόπισθε χιμαίρης
ἐκκρεμὲς ᾐώρητο καὶ αὐτῶν ἅπτετο μηρῶν·
ποιμενίη δ' ἀπέκειτο βοῶν ἐλάτειρα καλαῦροψ·
τοῖος ἐπεὶ σήραγγος ἐς ἤθεα βαιὸν ὁδεύων
ἀγροτέρων καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν ἀοιδήν·
πολλάκι δ' οἰοπόλοισιν ἐνὶ σταθμοῖσιν ἀείδων
καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μήλων.
ἔνθα δ' ἔχων σύριγγα κατ' ἤθεα καλὰ νομήων
Πανὶ καὶ Ἑρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπήν.
οὐ κύνες ὠρύοντο καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος·
μούνη δ' ἠνεμόεσσα, βοῆς ἀδίδακτος ἐοῦσα,
Ἰδαίων ὀρέων ἀντίθροος ἴαχεν Ἠχώ·
ταῦροι δὲ χλοερῆς κεκορηότες ὑψόθι ποίης,
κεκλιμένοι βαρύγουνον ἐπ' ἰσχίον εὐνάζοντο.
Ὡς ὃ μὲν ὑψορόφοιο φυτῶν ὑπένερθε καλύπτρης
τηλόθεν Ἑρμάωνα διάκτορον εἶδε λιγαίνων.

δειμαίνων δ' ἀνόρουσε, θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν·
καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας,
μήπω πολλὰ χαμοῦσαν ἑὴν ἀνέκοψεν ἀοιδήν.
τοῖα δὲ δειμαίνοντα προσέννεπε θέσκελος Ἑρμῆς·
Γαῦλον ἀπορρίψας καὶ πώεα καλὰ μεθήσας
δεῦρο θεμιστεύσειας ἐπουρανίῃσι δικάζων·
δεῦρο διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς
φαιδροτέρῃ τόδε μῆλον, ἐπήρατον ἔρνος, ὀπάσσαις.
τοῖον ἀνηΰτησεν· ὃ δ' ἤπιον ὄμμα τανύσσας
ἦκα διακρίνειν πειρήσατο κάλλος ἑκάστης·
δέρκετο μὲν γλαυκῶν βλεφάρων σέλας, ἔδρακε δειρὴν
χρυσῷ δαιδαλέην . . . .
. . . .
. . . . ἐφράσσατο κόσμον ἑκάστης
καὶ πτέρνης μετόπισθε καὶ αὐτῶν ἴχνια ταρσῶν.
. . . .
χειρῶν μειδιόωντα δίκης προπάροιθεν ἑλοῦσα
τοῖον Ἀλεξάνδρῳ μυθήσατο μῦθον Ἀθήνη·
Δεῦρο τέκος Πριάμοιο· Διὸς παράκοιτιν ἐάσας
καὶ θαλάμων βασίλειαν ἀτιμήσας Ἀφροδίτην,
ἠνορέης ἐπίκουρον ἐπαινήσειας Ἀθήνην.
φασί σε κοιρανέειν καὶ Τρώϊον ἄστυ φυλάσσειν·
δεῦρό σε τειρομένοισι σαόπτολιν ἀνδράσι θήσω,
μή ποτέ σοι βαρύμηνις ἐπιβρίσειεν Ἐνυώ.
πείθεο καὶ πολέμους τε καὶ ἠνορέην σε διδάξω.
Ὣς ἣ μὲν πολύμητις ἀνηΰτησεν Ἀθήνη.
τοῖα δ' ὑποβλήδην λευκώλενος ἔννεπεν Ἥρη·
Εἴ με διακρίνων προφερέστερον . . . . .
. . . . ἔρνος ὀπάσσῃς
πάσης σ' ὑμετέρης Ἀσίης ἡγήτορα θήσω.
ἔργα μόθων ἀθέριζε· τί γὰρ πολέμων βασιλῆϊ;
κοίρανος ἰφθίμοισι καὶ εὐπτολέμοισι κελεύει.
οὐκ αἰεὶ θεράποντες ἀριστεύουσιν Ἀθήνης·

κὠύμοροι θνήσκουσιν ὑποδρηστῆρες Ἐνυοῦς.
Τοίην κοιρανίην πρωτόθρονος ὤπασεν Ἥρη.
ἡ δ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα, γυμνώσασα
κόλπον, ἀνηώρησε καὶ οὐκ ᾐδέσσατο Κύπρις.
χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων,
στῆθος ἅπαν γύμνωσε, καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.
τοῖα δὲ μειδιόωσα προσέννεπε μηλοβοτῆρα·
Δέξο με, καὶ πολέμων ἐπιλήθεο, δέχνυσο μορφὴν
ἡμετέρην, καὶ σκῆπτρα καὶ Ἀσίδα κάλλιπε γαῖαν.
ἔργα μόθων οὐκ οἶδα· τί γὰρ σακέων Ἀφροδίτῃ;
ἀγλαΐῃ πολὺ μᾶλλον ἀριστεύουσι γυναῖκες.
ἀντὶ μὲν ἠνορέης ἐρατὴν παράκοιτιν ὀπάσσω,
ἀντὶ δὲ κοιρανίης Ἑλένης ἐπιβήσεο λέκτρων·
νυμφίον ἀθρήσει σε μετὰ Τροίην Λακεδαίμων.
Οὔπω μῦθος ἔληγεν, ὃ δ' ἀγλαὸν ὤπασε μῆλον,
ἀγλαΐης ἀνάθημα, μέγα κτέρας Ἀφρογενείῃ,
φυταλιὴν πολέμοιο, κακοῦ πολέμοιο θέμεθλον.
χειρὶ δὲ μῆλον ἔχουσα τόσην ἀνενείκατο φωνήν,
Ἥρην κερτομέουσα καὶ ἀντιάνειραν Ἀθήνην·
Εἴξατέ μοι πολέμοιο συνήθεος, εἴξατε νίκης!
οὐ σακέων βασίλεια, καὶ οὐ πυρός εἰμι τιθήνη,
ἀγλαΐην ἐφίλησα, καὶ ἀγλαΐη με διώκει.
φασί σε, μῆτερ Ἄρηος, ὑπ' ὠδίνεσσιν ἀέξειν
ἠϋκόμων Χαρίτων ἱερὸν χορόν· ἀλλά σε πᾶσαι
σήμερον ἠρνήσαντο, καὶ οὐ μίαν εὗρες ἀρωγόν.
οὔ σοι Ἄρης ἐπάρηξε, καὶ εἰ δορὶ μαίνεται Ἄρης·
οὐ φλόγες Ἡφαίστοιο, καὶ εἰ φλογὸς ἆσθμα λοχεύει.
οἷα δὲ κυδιάεις ἀνεμώλιος, Ἀτρυτώνη!
ἣν γάμος οὐκ ἔσπειρε καὶ οὐ μαιώσατο μήτηρ,
ἀλλὰ σιδηρείη σε τομὴ καὶ ῥῖνα σιδήρου
πατρῴων ἀλόχευτον ἀνεβλάστησε καρήνων.
οἷα δὲ χαλκείοισι καλυψαμένη χρόα πέπλοις
καὶ φεύγεις φιλότητα καὶ Ἄρεος ἔργα διώκεις,

ἁρμονίης ἀδίδακτος, ὁμοφροσύνης ἀδαήμων.
ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθῆναι
τοῖαι, κυδαλίμοισιν ἀγαλλόμεναι πολέμοισι
κεχριμένων μελέων, οὔτ' ἄρσενες οὔτε γυναῖκες;
Τοῖον ἐφυβρίζουσα προσέννεπε Κύπρις Ἀθήνην.
ὣς ἣ μὲν πτολίπορθον ἀέθλιον ἔλλαχε μορφῆς,
Ἥρην ἐξελάσασα καὶ ἀσχαλόωσαν Ἀθήνην.
ἱμείρων δ' ὑπ' ἔρωτι καὶ ἣν οὐκ εἶδε διώκων
Δύσπαρις, ἀθροίσας ἐπὶ δάσκιον ἤγαγεν ὕλην
ἀνέρας ἐργοπόνοιο δαήμονας Ἀτρυτώνης.
ἔνθα πολυπρέμνοιο δαϊζόμεναι δρύες Ἴδης
ἤριπον ἀρχεκάκοιο περιφροσύνῃσι Φερέκλου,
ὃς τότε μαργαίνοντι χαριζόμενος βασιλῆϊ
νῆας Ἀλεξάνδρῳ δρυτόμῳ τεκτήνατο χαλκῷ.
αὐτῆμαρ προβέβουλε καὶ αὐτῆμαρ κάμε νῆας·
νῆας δ' οὐκ ἐνόησε καὶ οὐκ ἤσκησεν Ἀθήνη.
Ἄρτι μὲν Ἰδαίων ὀρέων ἠλλάξατο πόντον,
καὶ λεχέων ἐπίκουρον ἐφεσπομένην Ἀφροδίτην
πολλάκις ἀκταίοισιν ἱλασσάμενος θυέεσσιν,
ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.
τῷ δὲ πολυτλήτων σημήϊα φαίνετο μόχθων·
κυανέη μὲν ὕπερθεν ἀναθρώσκουσα θύελλα
οὐρανὸν ὀρφναίων ἑλίκων ἐζώσατο δεσμῷ,
εἶθαρ ἀμιχθαλόεντος ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἰεῖσα·
ἐκλύσθη δ' ὕπο πόντος ἐρεσσομένων ἐρετάων.
τόφρα δὲ Δαρδανίην καὶ Τρώϊον οὖδας ἀμείψας
Ἰσμαρίδος μεθέηκε παραπλώων στόμα λίμνης·
αἶψα δὲ Θρηϊκίοιο μετὰ ῥία Παγγαίοιο
Φυλλίδος ἀντέλλοντα φιλήνορος ἔδρακε τύμβον,
καὶ δρόμον ἐννεάκυκλον ἀλήμονος εἶδε κελεύθου,
ἔνθα διαστείχουσα κινύρεο, Φυλλίς, ἀκοίτην,
δεχνυμένη παλίνορσον ἀπήμονα Δημοφόωντα,
ὁππότε νοστήσειεν Ἀθηναίης ἀπὸ δήμου.

τῷ δὲ βαθυκλήροιο διὰ χθονὸς Αἱμονιήων
(215) ἐξαπίνης ἀνέτελλεν Ἀχαιΐδος ἄνθεα γαίης
[220] Φθίη βωτιάνειρα . . . .
. . . .
. . . . . . καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.
(222) [226] οὔπω κεῖθεν ἔην δολιχὸς πλόος, οὐδὲ γαλήνης
(223) [227] δηρὸν ἐρεσσομένων ἠκούετο δοῦπος ἐρετμῶν·
(224) [228] καὶ χθονὸς εὐκόλποισιν ἐπ' ἠϊόνεσσι βαλόντες
(225) [229] πείσματα νηὸς ἔδησαν, ὅσοις ἁλὸς ἔργα μεμήλει.
(217) [221] ἔνθεν ἄρ' ἐρχομένοιο παρ' εἰαμενὰς ἐριάνθους
(219) [223] κεκλιμένην ἐνόησεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις
(218) [222] Σπάρτην καλλιγύναικα φίλην πόλιν Ἀτρείωνος·
(221) [224] ἄγχι δὲ ναιομένην ὑπὸ δάσκιον οὔρεος ὕλην
γείτονα παπταίνων ἐρατὴν θηεῖτο Θεράπνην.
(226) [230] Αὐτὰρ ὅ χιονέοιο λοεσσάμενος ποταμοῖο
ᾤχετο φειδομένοισιν ἐπ' ἴχνεσιν ἴχνος ἐρείδων,
μὴ πόδες ἱμερόεντες ὑπ' ἀχράντοιο . . . .
. . . . κονίης,
μὴ πλοκάμων κυνέῃσιν ἐπιβρίσαντες ἐθείρας
(230) ὀξύτερον σπεύδοντος ἀναστέλλοιεν ἀῆται.
[235] ἄρτι μὲν αἰπύδμητα φιλοξείνων ναετήρων
δώματα παπταίνων καὶ γείτονας ἐγγύθι νηούς,
ἄστεος ἀγλαΐην διεμέτρεεν, ἔνθα μὲν αὐτῆς
χρύσεον ἐνδαπίης θηεύμενος εἶδος Ἀθήνης,
(235) ἔνθα δὲ Καρνείοιο φίλον κτέρας Ἀπόλλωνος,
οἶκον Ἀμυκλαίοιο παραγνάμψας Ὑακίνθου·
[240] ὅν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας
δῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο, μή Διῒ Λητὼ
κυσαμένη καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν· αὐτὰρ Ἀπόλλων
οὐκ ἐδάη Ζεφύρῳ ζηλήμονι παῖδα φυλάσσων·
(240) γαῖα δὲ δακρύσαντι χαριζομένη βασιλῆϊ
[245] ἄνθος ἀνηέξησε παραίφασιν Ἀπόλλωνι,
ἄνθος ἀριζήλοιο φερώνυμον ἠβητῆρος.

Ἤδη δ' ἀγχιδόμοισιν ἐπ' Ἀτρείδαο μελάθροις
ἵστατο θεσπεσίῃσιν ἀγαλλόμενος χαρίτεσσιν.
οὐ Διῒ τοῖον ἔτικτεν ἐπήρατον υἷα Θυώνη·
ἱλήκοις Διόνυσε· καὶ εἰ Διός ἐσσι γενέθλης,
καλὸς ἔην καὶ κεῖνος ἐπ' ἀγλαΐῃσι προσώπων.
ἡ δὲ φιλοξείνων θαλάμων κληῖδας ἀνεῖσα
ἐξαπίνης Ἑλένη μετεκίαθε δώματος αὐλήν·
καὶ θαλερὸν προπάροιθεν ὀπιπεύουσα θυράων
ὡς ἴδεν, ὣς ἐκάλεσσε καὶ ἐς μυχὸν ἤγαγεν οἴκου,
καί μιν ἐφεδρήσσειν νεοπηγέος ὑψόθεν ἕδρης
ἀργυρέης ἐπέτελλε· κόρον δ' οὐκ εἶχεν ὀπωπῆς
ἄλλοτε δὴ χρύσειον ὀϊσαμένη Κυθερείης
κοῦρον ὀπιπεύειν θαλαμηπόλον· ὀψὲ δ' ἀνέγνω,
ὡς οὐκ ἔστιν Ἔρως· βελέων δ' οὐκ εἶδε φαρέτρην·
πολλάκι δ' ἀγλαΐῃσιν ἐϋγλήνοισι προσώπων
παπταίνειν ἐδόκευε τὸν ἡμερίδων βασιλῆα·
ἀλλ' οὐχ ἡμερίδων θαλερὴν ἐδόκευεν ὀπώρην
πεπταμένην χαρίεντος ἐπὶ ξυνοχῇσι καρήνου.
ὀψὲ δὲ θαμβήσασα τόσην ἀνενείκατο φωνήν·
Ξεῖνε, πόθεν τελέθεις ἐρατὸν γένος; εἰπὲ καὶ ἡμῖν.
ἀγλαΐην μὲν ἔοικας ἀριζήλῳ βασιλῆι,
ἀλλὰ τεὴν οὐκ οἶδα παρ' Ἀργείοισι γενέθλην.
πᾶσαν Δευκαλίωνος ἀμύμονος οἶδα γενέθλην.
οὐ Πύλον ἠμαθόεσσαν ἔχεις, Νηλήϊον οὖδας·
Ἀντίλοχον δεδάηκα, τεὴν δ' οὐκ εἶδον ὀπωπήν.
οὐ Φθίην χαρίεσσαν, ἀριστήων τροφὸν ἀνδρῶν·
οἶδα περικλήϊστον ὅλον γένος Αἰακιδάων,
ἀγλαΐην Πηλῆος, ἐϋκλείην Τελαμῶνος,
ἤθεα Πατρόκλοιο καὶ ἠνορέην Ἀχιλῆος.
Τοῖα Πάριν ποθέουσα λιγύθροος ἔννεπε νύμφη.
αὐτὰρ ὃ μειλιχίην ἠμείβετο γῆρυν ἀνοίξας·
Εἴ τινά που Φρυγίης ἐνὶ πείρασι γαῖαν ἀκούεις,
Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων·

εἴ τινά που πολύολβον ἐνὶ Τροίῃ βασιλῆα
ἔκλυες εὐώδινος ἀπὸ Κρονίδαο γενέθλης·
ἔνθεν ἀριστεύων ἐμφύλια πάντα διώκω.
εἰμί, γύναι, Πριάμοιο πολυχρύσου φίλος υἱός·
εἰμὶ δὲ Δαρδανίδης· ὁ δὲ Δάρδανος ἐκ Διὸς ἦεν,
ᾧ καὶ ἀπ' Οὐλύμποιο θεοὶ ξυνήονες ἀνδρῶν
πολλάκι θητεύουσι καὶ ἀθάνατοί περ ἐόντες.
ὧν τὰ μὲν ἡμετέρης δωμήσατο τείχεα πάτρης
τείχεα μὴ πίπτοντα, Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων,

— — — — — — — — — —

αὐτὰρ ἐγώ, βασίλεια, δικασπόλος εἰμὶ θεάων·
καὶ γὰρ ἀκηχεμένῃσιν ἐπουρανίῃσι δικάζων,
Κύπριδος ἀγλαΐην καὶ ἐπήρατον ᾔνεσα μορφήν·
ἡ δὲ περικλήϊστον, ἐμῶν ἀντάξιον ἔργων,
νύμφην ἱμερόεσσαν ἐμοὶ κατένευσεν ὀπάσσαι,
ἣν Ἑλένην ἐνέπουσι, κασιγνήτην Ἀφροδίτης,
ἧς ἕνεκεν τέτληκα καὶ οἴδματα τόσσα περῆσαι.
δεῦρο γάμον κεράσωμεν, ἐπεὶ Κυθέρεια κελεύει·
μή με καταισχύνειας ἐμὴν καὶ Κύπριν ἐλέγξῃς.
οὐκ ἐρέω· τί δὲ τόσσον ἐπισταμένην σε διδάξω;
οἶσθα γὰρ ὡς Μενέλαος ἀνάλκιδός ἐστι γενέθλης.
οὐ τοῖαι γεγάασιν ἐν Ἀργείοισι γυναῖκες·
καὶ γὰρ ἀκιδνοτέροισιν ἀεξόμεναι μελέεσσιν
ἀνθρῶν ἦθος ἔχουσι, νόθοι δ' ἐγένοντο γυναῖκες.
Ἔννεπεν, ἡ δ' ἐρόεσσαν ἐπὶ χθονὶ πῆξεν ὀπωπήν,
δηρὸν ἀμηχανέουσα, καὶ οὐκ ἠμείβετο νύμφη.
ὀψὲ δὲ θαμβήσασα τόσην ἀνενείκατο φωνήν·
Ἀτρεκέως, ὦ ξεῖνε, τεῆς ποτὲ τείχεα πάτρης
τὸ πρὶν ἐδωμήσαντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων;
ἤθελον ἀθανάτων δαιδάλματα κεῖνα νοῆσαι,
καὶ νόμον οἰονόμοιο λιγύπνοον Ἀπόλλωνος,
ἔνθα θεοδμήτοισι παρὰ προμολῇσι πυλάων
πολλάκις εἰλιπόδεσσιν ἐφέσπετο βουσὶν Ἀπόλλων.

ἀγρέο νῦν Σπάρτηθεν ἐπὶ Τροίην με κομίζων.
ἕψομαι, ὡς Κυθέρεια γάμων βασίλεια κελεύει.
οὐ τρομέω Μενέλαον, ὅταν Τροίῃ με νοήσῃ.
Τοίην συνθεσίην καλλίσφυρος ἔννεπε νύμφη.
αὐτὰρ ὁ ποντοπόρων Ἑλένην ἐπὶ σέλματα νηῶν
ἐκ θαλάμων ἐκόμισσε φιλοξείνου Μενελάου·
κυδιόων δ' ὑπέροπλον ὑποσχεσίῃ Κυθερείης
φόρτον ἄγων ἔσπευδεν ἐς Ἴλιον ἰωχμοῖο.
Ἑρμιόνη δ' ἀνέμοισιν ἀπορρίψασα καλύπτρην
ἱσταμένης πολύδακρυς ἀνέστενεν ἠριγενείης,
πολλάκι δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ἔκτοσθε λαβοῦσα
ὀξύτατον βοόωσα, τόσην ἀνενείκατο φωνήν·
Παῖδες, πῇ με λιποῦσα πολύστονον ᾤχετο μήτηρ,
ἢ χθιζὸν σὺν ἐμοὶ θαλάμων κληῖδας ἀνεῖσα
ἔδραθεν ὑπνώουσα καὶ ἐς μίαν ἤλυθεν εὐνήν;
Ἔννεπε δακρυχέουσα, συνωδύροντο δὲ παῖδες.
ἀγρόμεναι δ' ἑκάτερθεν ἐπὶ προθύροισιν ἐρύκειν
Ἑρμιόνην στενάχουσαν ἐπειρήσαντο γυναῖκες·
Τέκνον ὀδυρομένη, γόον εὔνασον, ᾤχετο μήτηρ·
νοστήσει παλίνορσος· ἔτι κλαίουσα νοήσεις.
οὐχ ὁράᾳς; γοεραὶ μὲν ἐπημύουσιν ὀπωπαί
πυκνὰ δὲ μυρομένης θαλεραὶ μινύθουσι παρειαί.
ἢ τάχα νυμφάων ἐς ὁμήγυριν ἀγρομενάων
ἤλυθεν, ἰθείης δὲ παραπλαγχθεῖσα κελεύθου,
ἵσταται ἀσχαλόωσα, καὶ ἐς λειμῶνα μολοῦσα
Ὡράων, δρυσόεντος ὑπὲρ πεδίοιο θαάσσει·
ἢ χρόα πατρῴοιο λοεσσομένη ποταμοῖο
ᾤχετο καὶ δήθυνεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις.
Τοῖα δὲ δακρύσασα πολύστονος ἔννεπε κούρη·
Οἶδε χορὸν, ποταμῶν ἐδάη ῥόον, οἶδε κελεύθους
ἐς ῥόδον, ἐς λειμῶνα· τί μοι φθέγγεσθε γυναῖκες;
— — — — — — — — — —
ἀστέρες ὑπνώουσι, καὶ ἐν σκοπέλοισιν ἰαύει·

[350] *ἀστέρες ἀντέλλουσι, καὶ οὐ παλίνορσος ἱκάνει.*
μῆτερ ἐμή, τίνα χῶρον ἔχεις; τίνα δ' οὔρεα ναίεις;
(345) *πλαζομένην θῆρές σε κατέκτανον; ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ*
θῆρες ἀριζήλοιο Διὸς τρομέουσι γενέθλην.
ἤριπες ἐξ ὀχέων χθαμαλῆς ἐπὶ νῶτα κονίης
— — — — — — — — —
[355] *σὺν δέμας οἰοπόλοισιν ἐνὶ δρυμοῖσι λιποῦσα;*
ἀλλὰ πολυπρέμνων ξυλόχων ὑπὸ δάσκιον ὕλην
(350) *δένδρεα παπτήνασα καὶ αὐτῶν ἄχρι πετήλων*
σὸν δέμας οὐκ ἐνόησα καὶ οὐ νεμεσίζομαι ὕλῃ.
μὴ διεροῖς στονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις
[360] *νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίην σε γαλήνη;*
ἀλλὰ καὶ ἐν ποταμοῖσι καὶ ἐν πελάγεσσι θαλάσσης
(355) *Νηϊάδες ζώουσι, καὶ οὐ κτείνουσι γυναῖκας.*
Ὣς ἡ μὲν στενάχιζεν· ἀνακλίνασα δὲ δειρὴν
— — — — — — — — — —
ὕπνος ἐπεὶ καμάτοιο συνέμπορος· ἦ γὰρ ἐτύχθη
[365] *ἄμφω ἀναγκαίῃ ξυνήϊα πάντα λαχόντε*
ἔργα παλαιοτέροιο κασιγνήτοιο διώκειν·
(360) *ἔνθεν ἀκηχεμένοισι βαρυνόμεναι βλεφάροισι*
πολλάκις ὑπνώουσιν, ὅτε κλαίουσι γυναῖκες.
(309) [316] *νὺξ δὲ πόνων ἄμπαυμα μετ' ἠελίοιο κελεύθους*
(310) [317] *ὕπνον ἐλαφρίζουσα παρήγορον ὤπασεν ἠῶ*
ἀρχομένην· δοιὰς δὲ πύλας ᾤϊξεν ὀνείρων,
τὴν μὲν ἀληθείης· κεράων δ' ἀπελάμπετο κόσμος·
[320] *ἔνθεν ἀναθρώσκουσι θεῶν νημερτέες ὀμφαί,*
(314) [321] *τὴν δὲ δολοφροσύνης . . . .*
. . . . κενεῶν θρέπτειραν ὀνείρων.
(362) [369] *ἡ μὲν ἀλητεύουσα δολοφροσύνῃσιν ὀνείρων*
[370] *μητέρα παπταίνειν ὠΐσατο· τοῖα δὲ κούρη*
ἴαχε θαμβήσασα καὶ ἀχνυμένη περ ἐοῦσα·
(365) *Χθιζὸν ὀδυρομένην με δόμων ἔκτοσθε φυγοῦσα*
κάλλιπες ὑπνώουσαν ὑπὲρ λεχέων γενετῆρος.

(367) [374] ποῖον ὄρος μεθέηκα; τίνας προλέλοιπα κολώνας
(381) [386] μητέρα μαστεύουσα; μάτην δ' ἐπλάζετο κούρη.
(369) [376] Τοῖα δὲ φωνήσασα προσέννεπε Τυνδαρεώνη·
(370) Τέκνον ἀκηχεμένη, μὴ μέμφεο δεινὰ παθούσῃ·
ὁ χθιζόν με μολὼν ἀπατήλιος ἥρπασεν ἀνήρ.
Ἔννεπεν· ἡ δ' ἀνόρουσε, καὶ οὐχ ὁρόωσα τιθήνην
[380] ὀξυτέρῃ πολὺ μᾶλλον ἀνεβρυχήσατο φωνῇ·
Ἠερίης ὄρνιθες ἐύπτερα τέκνα γενέθλης,
(375) εἴπατε νοστήσαντες ἐπὶ Κρήτην Μενελάῳ,
χθιζὸν ὅτι Σπάρτην τις ἀνὴρ ἀθεμίστιος ἐλθών,
ἀγλαΐην σύμπασαν ἑῶν ἀλάπαξε μελάθρων.
(378) [385] Ὣς ἡ μὲν πολύδακρυς ἐς ἠέρα φωνήσασα

— — — — — — — — — —

(368) [375] οὕτω καλλικόμοιο μεθ' ἁρμονίην Ἀφροδίτης

— — — — — — — — — —

(380) [387] καὶ Κικόνων πτολίεθρα καὶ Αἰολίδος πόρον Ἕλλης
Δαρδανίης λιμένεσσιν ὁ νυμφίος ἤγαγε νύμφην.
πυκνὰ δὲ τίλλε κόμην, χρυσέην δ' ἔρριψε καλύπτρην
[390] Κασσάνδρη νεόφοιτος ἀπ' ἀκροπόληος ἰδοῦσα.
Τροίη δ' ὑψιδόμων πυλέων κληῖδας ἀνεῖσα
(385) δέξατο νοστήσαντα τὸν ἀρχέκακον πολιήτην.

ANNOTATIO CRITICA.

Titulus poematis est in M: *κολοθου* (superscr. *λλού*) (corr. M 2.) *ποιητοῦ λυκοπολιτου ἁρπαγὴ* (sic M 2. ex *αρπαγη*) *τῆς* (*της* M. 1.) *ἑλένης*; in ALNR: *κολλούθου ποιητοῦ ἁρπαγὴ ἑλένης* (nisi quod *κολλύθου* N ante corr. et *ἐλένης* R); Q: *κολουθου ποιητοῦ περὶ τῆς ἁρπαγῆς ἑλένης*; C: *περὶ ἁρπαγῆς τῆς ἑλένης*; W et G (nisi quod hic *θηβαίου λυκοπολίτου*): *κολούθου λυκοπολίτου θηβαίου ἐποποιοῦ ἑλένης ἁρπαγή*; S: *κολύθου λυκολίτου θηβαίου ἐποποιοῦ ἁρπαγὴ ἑλένης*; de V nihil in Vossii excerptis notatum; in P *κολούθου ἑλένης ἁρπαγή* scriptum esse refert Iuliani apographon, in cuius tamen margine codicem inscriptione carere annotavi. Editionum titulos consulto omisi. 1 *Νύμφαι* ex *νύμφαι* M 2.; *ξάθοιο* C ante corr., *ιερα* M 1, *ἱερὰ* M 2. — 2 *αἱ h*; ad *νύμφαι* scholion in G: *ἐπικαλεῖται νύμφας γείτονας τοῦ ὄρος Ἴδα* (sic?) *ἐν χόρῳ Τροίης, ἔνθα ὁ Πάρις τὰς βοῦς ἐνόμευεν*, et ad *ποταμοῦ Ξάνθοιο*: *ὃν βαθυδίνην λέγει Ὅμηρος Ιλ. φ. πλάσας τὸν ποταμὸν ἀνδρὶ εἰσάμενον φθέγγεσθαι πρὸς Ἀχιλλέα, ὃς ἀμειβόμενος Σκάμανδρον διοτρεφέα ἀποκαλεῖται τὸν ποταμόν*. — 3 *πατρώηισιν* M; *ἐπι* M 1., *ἐπὶ* M 2, unde receperunt Bekk. et edd. recc., *ἐνι* NQ, *ἐνὶ* C, *ἐνὶ* rell. dett., quod defendit Popoff apud Graefium p. 242, feliciter, iudice Graefio. *ψαμάθοι* C ante corr. — 4 *χῶρον* M 1.; *ιδαίησιν* M 1, *ἰδαίησιν* M 2, *ἰδέῃσιν* Q, *ἐπεντυνασθε* M 1, cui *αντελλεσθε* suprascripsit M 2., *ἐπ' ἀντέλεσθε* LNR, *ἐπαντέλλεσθαι* W, *ἐπαντέλεσθαι* (ex *ἐπ' ἀντ.*) C, *ἐπαντέλεσθε* Q, *ἐπαντέλλεσθε* rell. dett. et edd. ante Bekk., qui Mutinensis vestigia premens *ἐπεντύνεσθε* a reliquis editoribus receptum edidit collato Callimacho h. in Ap. 8 *οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε* et Moscho Eur. 30 *τῇσιν ἀεὶ συνάθυρεν, ὅτ' ἐς χορὸν ἐντύναιτο*. Contra quem frustra Graef. p. 241: »Ab auctoritate Cod. Mut. pendet iudicium de verbo, quod v. 4 legendum est. Nam *ἐπαντέλλεσθε* poëtica imagine se commendat, neque dubius est usus medii *τέλλομαι*, Arat. Ph. 285. 382.; *ἐπεντύνεσθε* s. *ἐπεντύνασθε* Cod. tuetur. Callimachi similis locus nihil evincit. Multa enim a multis similiter dici potuerunt, ut *ἐς χορὸν ὀτρύνεσθε* v. 415 a Tryphiodoro dictum«. Haec Graefius, qui p. 242 addit: »Difficultas augetur mire coniunctis vocc. *χορός* et *χορεῖαι*, quae res simul ad verbum constituendum facit. Prius de saltatione, alterum de carminibus argutius quam verius accipiebat

Popoff noster, felicius v. 3 ἐνὶ defendens. Si utrumque voc. sanum, χορείας interpretor de ipsis in Ida monte saltantibus sive Nymphis sive virginibus, quibus se fluvii Nymphae ad communes instituendos choros miscent, quasi esset Ἰδαίῃσι — κόρῃσιν, aut, si masculinum ferendum, Ἰδαίοισι — χορευταῖς. Sic ἐπαντέλλεσθε necessarium est. Sed f. χορός et χορεῖαι hic non rectius iunguntur, quam v. 83 πλόκαμοι et χαίτῃ. Elegans sed non nimis probabile esset ἕσπεροι Ἰδ. ἐπαντέλλεσθε χ. ut ἕσπερος habet Paul. Sil. ep. 25. 28. Minus placet εἰς ὄρος v. ὡς κόραι, aut si quis in fine v. πορείαις tentaret, etsi Nonnus hoc v. frequentat, et sic utrumque verbum conveniret«. — 5 θεμιστοπόλοιο M. — 6 εἴπατέ ex εἰπατέ M 2, qui in marg. addit ἕσπετε; ἕσπετέ APS *hn*, ἔπεστέ L, ἕσπεται N, corr. m 1., ἐπετέ Q, ἕσπετε W, ἕσπετέ rell. edd. ante Bekk., qui εἴπατε recepit, »qua forma sola utitur Nonnus (1, 128. 5, 459 et 460. 13, 46. 16, 224. 21, 71. 25, 18. 32, 184. 34, 65. 40, 175. 41, 11. 42, 62. 47, 194 et 200 et 336 et 337)«; κελαδόντος M.; ἀπ' ὀρνύμεναι CLR ἀποῤῥύμεναι M, corr. M 2., »Non credam scripsisse poetam κελάδοντος ἀπορνύμεναι ποταμοῖο. Languent enim haec verba, debebatque Coluthus, si eleganter scribere vellet, omissis supra ποταμοῦ Ξάνθοιο γενέθλῃ, dicere, adeste a fluvio, a quo estis prognatae. Scripsit vero,

εἴπατέ μοι, κελάδοντος ἀπορνύμενος ποταμοῖο
ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν. Auctorem habemus ipsum v. 70.«

Herm. p. 7 cuius coniecturam minus necessariam recepit Lehrs. — ἠνορέων (sic potius quam ἠωορέων quod enotavit Pressel) M, ἐξ ὀρέων rell. codd. et edd., in qua scriptura primus offendit Lennep Ann. p. 106 »Difficultas, quae in hoc loco explicando obversabatur aliquando, potissimum in additis vocibus ἐξ ὀρέων residet; sunt enim plane otiosa et nescio quantam huic loco adimunt venustatem. Brodaeus quidem de montibus Idaeis, ubi Paris paternas oves ducebat, intelligit: quam interpretationem et ego in versione agnovi: sed vel sic durum addi illud ἐξ ὀρέων. Cum enim Nymphas imploret noster ut indicarent locum, unde venerit Paris, dum ad Helenam proficisceretur, nullo modo recte montium, ac si iam cognitus foret, mentio hic fit. Hinc suspicio dudum mihi subnata fuit, Coluthum dedisse ἐξερέω, πόθεν ἦλθεν ἀήθεα πόντον ἐλαύνων . . . Verum cum ne sic omni difficultate careat locus noster,

fere ipsi auctori hunc errorem imputandum crediderim.« Contra quem Bekker »sed nihil mutandum, si quidem non locum indicat particula *πόθεν*, sed causam. Ut apud Nonnum 23, 79. 24, 302. 30, 152. 33, 307. 47, 373« quibus locis Schneider p. 424 alios addidit 2, 607. 7, 292. 8, 78 et 207. 23, 79 et 183squ. 38, 99. 47, 414. 48, 760 et 818squ. Paraphr. *ϑ* 121. *ι* 97. Probavit Lennepii coniecturam Phil. Scio, improbavit Harles, qui Brodaei explicationem sequitur, et Iulien. Ipse Schneider codicis Mutinensis scripturam *ἠνορέων* recipiendam dixit, quod vocabulum sive recta via ex *ἤνωρ* (Hesych. cfr. *ἀνόρεος*, *ἠνόρειος*, *ἠνορέη*, *ὑπερανόρεος*, *ὑπερήνωρ* et *ὑπερηνορέων*, *ἀγήνωρ* et *ἀγηνορέων*) formatum sive ex *ἀγηνορέων* vel *ὑπερηνορέων* decurtatum esse putavit ex ratione de qua docuit ad Nicandr. Ther. 482. Sed equidem neque a Collutho nova vocabula insolentius ficta esse comperui neque lectores eis quae Schneider nimis arguta contra vulgatam lectionem attulit offendi posse credidi. Sunt autem haec (p. 424. 425): »*ἐξ ὀρέων* aliquid habet incommodi. Nam quum mirabundus poeta quaerat, cur insuetum sibi mare Paris petierit, quis non huic exspectet opponi potius terram vel continentem quam montes? nam si quis negaverit montes hic opponi mari, patet ita et otiose additum esse *ἐξ ὀρέων*, nec potuisse eleganter eo enuntiationis loco poni, ubi omnis in haec verba vis cadit. Itaque ut recte habet v. 201 *ἄρτι μὲν Ἰδαίων ὀρέων ἠλλάξατο πόντον*, ita hoc loco credibile est poetam scripturum fuisse *ἐκ γαίης* vel *ἐκ χέρσου*«.

Hermanno p. 7 »*ἐξ ὀρέων* etsi per se non suspectum est, tamen adeo mira est scriptura cod. Mut. *ἠνορέων*, ut non inepte quis possit coniicere, *κελάδοντος ἀπορνύμενος ποταμοῖο ἠϊόνων*. Fallitur enim Buttmannus in Lexilog. vol. II p. 22 *ἠϊόνας* fluviis tribui negans: v. Apollon. Rh. II 659.« *ἐξ ὀρέων* recte retinuit Lehrs. — *ποθεν ηλθεν* M; *ἀηθέα* ex *αηθεα* M 2., *ἀηθέα* ACNPS *hn* Harl., *ἀήθεα* Q [LW] et sic tacite corr. Bekker. »Ceterum ne quis pro *ἐλαύνων* futurum ponendum fuisse putet, conferat Isocrat. Evag. 14, *ἦλθον ἱκετεύοντες*, Plat. Phaed. p. 116 C *ἦλθον ἀγγέλλων* etc.« Schneider p. 425. —

v. 7 *ἀγνώσσων* ex *αγνωσσῶν* M 2. *τί δε* (supra: *αὶ*) M (corr. M 2.), *τί δαὶ* ACLNPSVW Bekk. Iul., *τί δ' ἂν* R, *τί δὲ* Q edd. ante Bekk. et Lehrs, et diserte probavit iam ante Hermannum (p. 8.) Lennep his verbis »cod. Voss. Reg. A. et Ambr. *τί δαὶ*. quod, si interrogative, ut in nonnullis edd. locus capiatur, rectius et *ἀττικώτατον*,

a Colutho tamen profectum non videtur«. Graefius qui δαί non esse horum poetarum recte monuit, τί δ' αὖ, »quo et altera lectio δ' ἂν ducit«, coniecit p. 242 et Observv. critt. in Tryphiod. p. 233. — 9 ἀρχ. ex αρχ. M 2, ἀρχαικάκων Ald. n; corr. etiam Perdr. πόντον ex παντον M 2; γαίαν LP; ὀρίνη MP, ὀρίνει Q, ὀρίνει (η) NR. τίνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὄρινεν scripsit probante Harlesio Lenn. cum vulgata »nullo modo commodum admittant sensum«, suamque coniecturam Q libri scriptura ὀρίνει firmari crediderit; »facillimo enim errore e litera N altero latere eraso, oriri potest I, quod in Codicibus manu scriptis non raro accidisse, nemo, qui eos oculis usurpaverit, infitias ibit«. Vulgatam defendit Bekker: »eadem structura Nonnus 11, 288 τί χρέος ἦν, ἵνα πόντον ἀμείλιχον ἡνιοχεύῃς«. — 10 colon om. MR et fort. alii codd. ὠγυγίη M, Bekker, et rell. edd., ὠκυπέτη codd. dett. et edd. ante Lennepium, qui Dausqueii coniecturam ὠκυπέτης recepit et addit: »Cur tamen et illud sibi suspectum dixerit, causam nisi levissimam video. Si forte aliquid tentandum, non alienum foret: »τίνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὄρινεν Βουκόλος ὠκυπέτης· τίς δ' ἔπλετο νείκεος ἀρχή. Velocitatem Paridi apprime convenire, tum quod amore in quo nulla unquam mora datur, flagraret, tum quod velox admodum fuerit, liquet·« Caeterum ὠγυγίην ἀρχήν pro πρώτην ἀρχήν nimis tumide dictum esse ratus, Tournier p. 9 ὠλυγίη pro ὠγυγίη coniecit, collato Hesychio (ὠλυγίων· σκοτεινῶν· κακῶν· μακρῶν· ὀξέων· μεγάλων) és Scholio ad Apoll. Rh. IV 1258 (Διωλυγίης· σκοτεινῆς· ἡ διωλυγίης ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολὺ διηκούσης). — τις MNPQW; νεικέος Q; ἀρχη M; — 11 καιαθανάτοισι M; θεμιστεύσωσι M, Bekker, et rell. edd., θεμιστεύωσι codd. dett. et edd. ante Bekker.; νομῆες ex νομῆς m. pr. in C. — 12 τις δε M; δικασπολίῃ A; ἔκλυε CLNP; νύμφης ex νύμφεις M. — 13 ἀργειης M 1, ἀργειης M 2. — Ἀργείης· ἀτὰρ αὐταί metri nimirum causa coni. Wernike ad Tryph. p. 39.; ἐθηήσασθε M 2 ex ἐθηήσασθαι, ἐθηήσασθαι (ε) Q (corr. m. rec.); μολούσας coni. Hemsterhusius in notis ad Lucianum Tom. I p. 252 et Lennep in notis, ubi: »Si vulgatae standum, de ipsis Nymphis Troianis haec intelligenda: si tamen mecum reponas μολούσας, de deabus Iunone, Venere et Minerva, quarum mentio vs. 11 iam facta, ad Idam properantibus capi debet«. Contra quem Herm. p. 8. 9 »μολοῦσαι si ex Hemsterhusii coniectura in μολούσας mutaretur, antea scribendum erat ἀθανάτῃσι. Sed recte librorum scripturam servavit Iulianus, defenditque censor Heidel-

Excitavit potissimum hanc in animo meo suspicionem structura paulo rarior, qua tria minimum nomina *κοιρανίη*, *ἔγχος* et *βέλος* ab unico *ἕλκειν*, quod vix ulli horum recte conveniat, pendent. Cum tamen eiusmodi structurae tum etiam apud alios auctores, tum apud ipsum nostrum poëtam inveniantur, ut v. 34 *οἷος δ' οὐ κυνέην*, *οὐ δήιον ἔγχος ἀείρων*, si cui secus videatur, hanc coniecturam in spongiam abire facile patiar, nec invitus ibo in sententiam viri summi J. Ph. D'Orville, qui super hoc loco haec inter alia ad me. Versu, inquit, 91 non ausim mutare *ἔγχος*; *βέλος ἕλκειν*, ut *ξίφος*, recte dici videtur. Porro notum est, pluribus substantivis subiici verbum non stricte, sed vicino quodam sensu istis accommodandum.« De vv. 92. 93 haec Hermann p. 13: »non sunt illa quidem sic dicta ut valde reprehendi possint: sed tamen huius sectae poeta maluisset *οὐκ ἔγχος Ἀρήιον* scribere. Duo codd. *οὐδ' εὖχος* praebent, unde quis non facile sibi persuadeat scribendum esse: *οὐ βασιλήων*

κοιρανίην οὐδ' εὖχος, Ἀρήϊον οὐ βέλος ἕλκω.

Nam ad *ἔγχος* si adiicitur *βέλος*, nihil id est nisi quod iam dictum erat: regum vero duo praecipua sunt, imperium et dignitas.« Contra Schneider p. 435; »Qui *ἕλκω* etiam ad *κοιρανίην* trahi posse putant, vereor ne zeugmatis figurae fines multo latius patere sibi persuadeant quam credi par est. equidem putaverim Colluthum scripsisse *οὐ βασιλεύω κοιρανίην*. nam figurae etymologicae, quam Lobeckius dicit, locum hic esse ita ut adiectivum omitti possit, eo patet quod *βασιλεύειν* quidem dici potest Venus (ut *βασίλεια* cum alibi audit, tum apud ipsum Colluthum v. 26) sed non potest dici habere *κοιρανίην*, ut potuit Juno v. 89. nimirum verbum *βασιλεύειν* paulo latiorem habet ambitum quam *κοιρανίη*, ut adiectivo addito non opus sit. Cfr. Lobeck. Paralip. p. 503. Sed *ἔγχος* non mutaverim cum Hermanno, qui duobus codicibus iisque non optimis obsecutus commendavit *οὐδ' εὖχος*, *Ἀρήϊον οὐ βέλος ἕλκω*, nam *ἔγχος* si adiciatur *βέλος*, nihil id esse nisi quod iam dictum sit. nam *βέλος* in ea locutione sagittam significat (*τόξον* v. 95) ut docet Nonn. Dionys. 15, 245. 16, 2. 17, 109. 28, 117, 262. 29, 164. 37, 732. 39, 322. 40, 540. ad *ἔγχος* autem recte referri *ἕλκω* docet Eurip. Rhes. 576 *ἐφ' ᾧπερ ἔγχος εἵλκυσται τόδε.*« Ego, cum olim offensus etiam praesenti *ἕλκω* post imperfectum *ἔην* parum eleganter posito, *εἶχον* pro *ἕλκω* ex vv. 95. 96 coniecissem, nunc

Schneiderum secutus sum, nisi quod cum Lehrsio *οὐκ* pro *οὐδ'* praetuli. — **94** *ἀλλατὶ δειμαινω* M; *ἀντι* M; — **95** *θοὸσ* M (corr. M 2) *ἔχγος* M. (corr. M 1); *δεσμὸν ἐρώτων* add. M 3 in M. — Post hunc versum Lennep excidisse quaedam suspicatus est, »cuius loco cestum habere et stimulis amoris se homines agitare adfirmat Venus. Eo nos ducere videtur particula *μὲν* versu 92, quam hic omnino, ut opinor, comitari debet *δέ*. Quod si verum, vix dubito, quin simul sit legendum *μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων* versu 93. Ut autem robur accedat coniecturae praecedenti, addam locum plane geminum ex nostro poëta v. 161

ἀντὶ μὲν ἠνορέης ἐρατὴν παράκοιτιν ὀπάσσω
ἀντὶ δὲ κοιρανίης Ἑλένης ἐπιβήσεο λέκτρων.«

Lennepii *θεσμόν* probavit Hermann p. 13, cui etiam de lacunae suspicione persuasit Lennep, »praesertim Nonnum XXXV 168 comparanti:

ἀπτόλεμος γὰρ
Κύπρις ἀριστεύει πλέον Ἄρεος, οὐδὲ χατίζει
ἀσπίδος, οὐ μελίης ποτὲ δεύεται· ἀμφότερον γάρ,
ἔγχος ἐμὸν πέλε κάλλος, ἐμὸν ξίφος ἔπλετο μορφή,
καὶ βλεφάρων ἀκτῖνες ἐμοὶ γεγάασιν ὀϊστοί·
μάζος ἀκοντίζει πλέον ἔγχεος.«

θεσμόν, quod etiam Lehrs recepit, Julianum secutus reieci, licet et apud Musaeum (v. 147) et apud Nonnum 47, 270 *μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων* (cfr. Dion. 5, 96. 16, 242) legatur; apud hos auctores enim amoris mysteria significat *θεσμὸς ἐρώτων*, et numquam pro cesti appositione usurpatur, quod et hoc Colluthi loco et infra v. 157 factum esset. — **96** prius *καὶ* om. C. Graviter iudice Hermanno (p. 14) corruptus est hic versus »in quo si *ἀντὶ αἰχμῆς κεστὸν ἔχω* coniungenda sunt, quis non videt inepte adiici *καὶ κέντρον ἔχω καὶ τόξον ἀείρω*? sin excidit aliquid ante *κεστὸν ἔχω*, quis non potius teli genus, ut in reliqua parte versus, commemorandum fuisse intelligat? Et tamen, nisi fallor, omnia sincera sunt, modo recte interpungantur: *ἀντὶ μὲν αἰχμῆς,*

ὡς θοὸν ἔγχος ἔχουσα μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων,
κεστὸν ἔχω· καὶ κέντρον ἄγω καὶ τόξον ἀείρω
κεστόν.

Pro cuspide, inquit, cingulum, hastae instar foedera amoris habens,

teneo: et spiculum agito arcumque tollo cingulum. Sic patet non opus esse ut μὲν habeat particulam respondentem. Non potuit enim inferri δέ, sic conformata oratione: sed deberet inferri si procederet compositio verborum ita, ut instituta erat: ἀντὶ μὲν αἰχμῆς κεστὸν ἔχω, ἀντὶ δὲ κέντρου, καὶ ἀντὶ τούτου κεστὸν ἔχω· ἀντὶ δὲ τόξου, ὁμοίως.« Hermanni coniecturam recepit Lehrs, improbavit Tiedke in Herma XIII p. 352, cuius haec sunt verba: »Quem autem stimulum quemve arcum Venus appellaret, nisi ipsum cestum? quae quidem paullo ante lusum amorum quasi hastam se gerere praedicaverat. Quod cum recte, ut mihi quidem videtur, Hermannus perspexisset, neglecta resumptione, verba sic inter se cohaerere indicavit: ἀντὶ μὲν αἰχμῆς — κεστὸν ἔχω· καὶ κέντρον ἄγω καὶ τόξον ἀείρω κεστόν, quem sermonem Nonno eiusque sectatoribus tantum discrepare puto, ut una littera mutata κεστὸν ἐγὼ καὶ κέντρον ἄγω καὶ τόξον ἀείρω i. e. cestum ego et tamquam stimulum gero et arcum tollo (cfr. Dion. XIX 236 χειρὶ μιῇ καὶ κίσσον ἔχων καὶ θαλλὸν ἐλαίης; XXXVIII 286 ἀμφοτέρους καὶ Νεῖλον ὁμοῦ καὶ βότρυν ἀέξων. Par. N 43 νίψον ἄναξ καὶ χεῖρας ἐμὰς καὶ κυκλάδα κόρσην. Paul. Sil. Descr. m. eccl. I 138 δεινὸς ἀνήρ, καὶ κέντρον ἑλεῖν καὶ σχῆμα χαράξαι). Nec tamen repugnem, si quis ita servet resumptionem, ut scribat κεστὸν ἔχω καὶ κέντρον ἐγὼ καὶ τόξον ἀείρω, quae eadem verborum collocatio est atque Dion. XXXV 44 ξεῖνον ἔχω καὶ ἄπιστον ἐγὼ πόθον.« Priorem Tiedkii coniecturam ut simpliciorem recepi; sed praeterea v. 94 fortasse γὰρ pro μὲν scribendum est. — Corruptum esse φιλότητος ἐμῆς ἐμὸν οἶστρον plerique critici consentiunt. Atque φιλότητι μεμιγμένον οἶστρον vel φιλότητος ὀνήσιμον οἶστρον coniecit Lennep, ἐμῆς νέον οἶστρον Dorvillius, qui tamen pronior erat ad vulgatam retinendam, elegantiam in repetione quaesivisse poetam ratus. φιλότητος ἐνηέος οἶστρον corr. Ruhnken collato Gregorio Nazianzeno (ὑποθῆκαι παρθεν. p. 18 ed. Hervag.): Καιρὸς δ' αὖ φιλότητος ἐνηέος ἐστὶν ἅπασιν Ἠερίοις ἀλίοις τε καὶ ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ὁδεύει. — »Si quid mutandum, ex Nonni Dionys. XL 96 ἄλλον ἐγὼ γλυκὺν οἶστρον scripserim φ. ἐ. γλυκὺν οἶστρον ἑλοῦσαι. Cfr. Nonnus II 23 οἶστρον ἑλὼν πτολέμοιο« Wernike ad Tryphiod. p. 152. Vulgatam retinuerunt Harles et Julien, secutus hic Bekkerum, cui lusisse videbatur poeta similiter Nonno 16, 88 αὐτὸς ἐμοῖς ὤμοισιν ἐμὴν Νίκαιαν ἀείρων. »At haec valde diversa sunt, quodque apte dixit Nonnus, frigidum esset apud Coluthum. Hunc oportebat gravius quid praedicare de oestro amoris,

ut eum non leviora vulnera facere quam Martis tela, sed ea tamen non, ut illius, mortifera, diceret. Ego illa duo verba nihil nisi discrepantiam scripturae esse puto, quum alii scriberent *φιλότητος ἐμῆς οἶστρον*, alii *φιλότητος ἐμὸν οἶστρον*. His in unum coniunctis expulsum est adiectivum. Videtur mihi poëta scripsisse *φιλότητος ἐμῆς βαρὺν οἶστρον ἑλοῦσαι*.« Haec Hermann p. 14 cuius coniecturam praeeunte Lehrsio recepi. Quam tamen longius a tradita scriptura recedere putans *ἔρον* pro *ἐμὸν* scripsit Tournier p. 21 simul in eodem versu *ἑλοῦσαι* mutans in *ἔχουσαι*. — *ελοῦσαι* M, *ἐλοῦσαι* Q; — **98** »Alibi lectum *πολλάκις ὠδίνουσι καὶ οὐ τίκτουσι γυναῖκες*. Haut sat scio, an apud magnum Homeri Scholiastam.« Dausqueius. »Unde vero hanc scripturam hauserit, haud equidem exploratum habeo. Apud Eustathium haec legi sub Coluthi nomine falsum existimo; nec etiam tanti est, cum vulgata sine dubio a Colutho sit profecta, et altera longe venustiorem sensum fundat. Opponuntur hic *ὠδίνειν* et *θνήσκειν*, quemadmodum cestus et arma paulo ante, quorum his saepe misere pereunt in bello homines, cesto vero tantum illud *πικρὸν*, quod amori inest, sentiunt, quod non ineleganter *ὠδίνειν* dixit.« Lennep. Tournier p. 21 hoc loco ubi de amoris effectu agatur, verbo *ὠδίνουσι* nihil nisi parturiendi notionem inesse posse ratus et omnes amoris molestias a poeta designatas esse sibi persuadens, *πολλάκι μοχθίζουσι* scribendum esse coniecit. — **99** *τοῖς εφεσπομένη ῥοδοδακτυλος ἔννεπε* M; *ἐφεπομένη* NPRSVW et fort. etiam C; *ἔνεπε* Q, *ἔνεπε* (ν superscr.) N; — **100** *οι δ'* M, *οἵ δ'* rell. codd. et edd., *οἳ δ'* ego; *μητρωῖης εpατης διοντες* M; *δἴοντος* (ε superscr.) A (in quo corr. glossator) Q; — **101** *φοιτῆρες* codd. dett. et edd. ante Stephanum; correxerunt etiam Falkenburg, Brodaeus, et Neander in margine. Loescherus vitiose *φυτῆρες* coni. et vertit: genitores; — *φοιτητῆρες* etiam M. *ἐπερρόωντο* M, *ἐπερρώ||οντο* A; *τιθήνη* M; — **102** *ὑπέδραμεν* M (in quo *ὑπέδραμεν οὔρος ἄκρην* additum est a M 3) CNPSW, *ὑπέρδραμεν* A, *ὑπερίδραμεν* G, *ὑπέδραπεν* L, *ἐπέδραμεν* Q, *ὑπέδραμον* V; *ὑπέδραμεν* etiam primae editiones. *ὑπερέδραμεν* coni. Falkenburg, Brodaeus, Neander in marg., et Dausqueius, recepit Portus. Lennep et rell. edd. Anonymi correctionem *ὑπερέδραμον* non de solo Mercurio, sed de deabus etiam dictum receperunt. — v. **103** omissus est in codd. dett. et edd. ante Bekkerum, qui eum ex M sumpsit; *ἔνθα* et *υποπρηωνος* M, quae tacite corr. Bekker; — *ερ* pro *ἐρίπνην* M, quod cor-

rexit Bekker ex Dion. XIV, 383 τρηχαλέῳ πρηῶνι περισκαιρουσαν ἐρίπνης et Dion. XVIII 81 [lege 61] ἀστιβέος πρηῶνα διαστείχοντες ἐρίπνης. — **104** χουρίζων δ' ἐνόμευε codd. dett. et edd. ante Bekker., nisi quod δ' ἐνόμευεν Q; — **105** ποιμένων MAQ *n*, in cuius margine correctum; corr. etiam Perdrier. θέκατέρωθεν M, θ' ἑκάτερθεν codd. dett. praeter R, qui δ' habet, et G, qui particulam omittit. Particulam θ' omissam in omnibus editionibus reduxit Lennep; »legend. ποιμαίνων δ' ἑκατ. distinctione maiori ante ποιμ. posita« Graef. p. 244; et idem coniecit Schneider p. 436; quibus obsecutus τε particulam ex unico, quo legebatur Colluthi loco amandavi. — επιπροχοῆσιν M; »Post ἀναύρου sustuli maiorem, quae in editis erat, distinctionem, ut ita cum sequenti versu coniungeretur.« Lennep. — **106** νοσφι μὲν αγρομένων M, ἀγρονόμων coni. Schneider p. 436, probavit Tournier, p. 22, vix recte, cum participium βοσκομένων in v. 107, ut etiam in v. 106 participium legatur, flagitare videatur. μὲν ex μὴ m. rec. in Q; αγελη M; πεμπάζεο A et m. pr. in Q; — **107** νοσφι M; διεμετρεε M (in quo πώεα μήλων additum est a M 3) διέμέτρεε π. μῆλων C; διεμέτριε A; vv. 106 et 107 in L sic in unum contracti sunt: νόσφι μὲν ἀγρομένων διεμέτρεε πώεα μῆλα. De vv. 106 et 107 haec Schneider p. 435. 436: »Miror in his tot criticorum ne unum quidem offendisse. nam quum Paris non oves solum, sed etiam boves pasceret, apparet πατρῷϊα μῆλα latiori significatione positum esse ut omnem Priami ληίδα significet. cui congruum est, quod Parim non solum βουκόλον Colluthus appellat v. 10, 72, 87, sed etiam μηλοβοτῆρα v. 5 et 158, Homerum secutus Il. 18, 529. nec desunt loci, ubi μῆλα boves et oves simul significant, ut Theocrit. 25, 119 et 281. ac vide Aristophanis Byz. locum apud Naukium p. 197 seq. iam vero quis adeo ineptum fuisse Colluthum putet, ut quum haec Priami μῆλα in genera sua dispescere vellet, non nominaret boves et oves (ut fecit incertus poeta ab Aristophane ladatus l. l. qui dicit μῆλα, βόας κεραοὺς καὶ ὄϊς καὶ πίονας αἶγας) sed post boves denuo inferret πώεα μήλων? Huic vitio — nam vitium profecto est — ita facillime mederi quis possit, ut restituta Homerica clausula (Il. 11, 696. 15, 323. Od. 12, 299) scribat διεμέτρεε πῶυ μέγ' οἰῶν, ubi elisio quae est in voce μέγα, abhorrens illa a Colluthi usu, excusatur iis, quae diximus ad v. 365, pag. 410. [»Nam quum aliorum locos poetarum in rem suam converterent huius sectae poetae, saepe desciscebant ab iis legibus quas ipsi sibi scripserant et alibi religiosissime observabant«] equi-

dem tamen vix dubito, quin latius ulcus serpserit. nam qui similia anaphorae exempla apud Colluthum contulerit v. 245:

> *ἄνθος ἀνηέξησε παραίφασιν Ἀπόλλωνι*
> *ἄνθος ἀριζήλοιο φερώνυμον ἡβητῆρος,*

et v. 349:

> *ἀστέρες ὑπνώουσι, καὶ ἐν σκοτέεσσιν ἰαύει·*
> *ἀστέρες ἀντέλλουσι, καὶ οὐ παλίνορσος ἱκάνει,*

ubi alterum versum alteri patet examussim [??] respondere, nonne patebit hic quoque simile poetae consilium fuisse, quum certe verba *νόσφι δὲ βοσκομένων* accuratissime iis respondeant quae eodem sunt alterius versus loco? ac licuit poetae scribere: *νόσφι δὲ βοσκομένων διῶν ἠρίθμεε πῶυ.* hoc igitur vel simile quid Colluthum dedisse persuasum habeo.« Schneideri ratiocinationem qui probavit, Tournier p. 22 *νόσφι δὲ βοσκομένης διεμέτρεε πώεα ποίμνης* scribi iussit, collato Nonno Dion. XXXVII 51 *καὶ πολέες σφάζοντο βόες καὶ πώεα ποίμνης.* — Ego vulgatam retinui, cum etiam v. 114 *καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μήλων* eadem vocabula, quibus iuxtapositis offensus est Schneider, socientur, et verbum *ἐδόκευε* v. 263 existimandi, v. autem 264 videndi significatione a Collutho usurpatum probet Schneiderum eo non debuisse offendi, quod *μῆλα* v. 104 totam Priami *ληίδα*, quarto autem abhinc versu oves solas significet. Praetera eadem versus clausula legitur apud Nonnum Dion. 24, 223 *πυκνὰ δορικτήτων ἱερεύετο πώεα μήλων.* Iniuria etiam *ἠρίθμεε* pro *διεμέτρεε* substituit Schneider, scilicet ut eandem fere significationem atque praecedentis versus verbum, *πεμπάζετο*, huius quoque versus verbum habeat. Est enim *διεμέτρεε* et hic et ubi eodem versus sede legitur v. 237, oculis dimetiri, ut recte ibi vertit Lehrs, cum v. 107 dividendi vel curandi significationem huic vocabulo male interpretes tribuissent. Alteram Schneideri coniecturam *διεμέτρεε πῶυ μέγ' οἰῶν* improbavit Ludwich Symb. crit. p. 31 propter viciosam elisionem, quae argumentis a Schneidero allatis vix excusetur. — **108** *καιτις* M, *καὶ τὶς* C, *καί τις* S, *καί τι* W, et *τί* habet etiam P in marg., *καί τι* et in fine versus *δόρυ* edd. vett.; *ὀρεσσ.* — *χιμαίρης* add. M 3 in M; *δορή* MACLN, *δόρυ* (ῐ superscr.) S, *δορυ* V, *δόρυ* (ϊ superscr.) W, *δορί* P (*δόρυ* in marg. m. 2) *δορῆ* Q. *καί τις* et *δορή* receperat Lennep ex libris et ex Falkenburgii, Brodaei, Neandri (in marg.) Stephani et Anonymi coniectura.

»Aliter tamen visum cl. D'Orvillio. *Τι*, inquit, et *ἐκκρεμὲς* substantivum sui generis requirunt. Id *δέρας*. Durum mihi videtur *ἐκκρεμὲς* adverbii loco interpretari. (Ita enim Brodaeus et Dausqueius ceperunt)« Lennep. *ἐκκρεμὲς* vix adverbii vice fungi posse ratus, Tournier p. 22. 23 *καὶ οἱ ὀρ. δέρος* coni. et *καὶ οἱ* etiam ex Nonno Dion. I. 74. II 34. IV 392 attulit. Praeterea *ὀρεσαύλοιο* AQ et P ante corr.; *μετύσυσθε* pro *μετόπισθε* affert Lennep ex V, ex quo ego nihil enotavi. — **109** *ἐκκρεμες ἠάρητο* M; *ἐκκεμὲς* C ante corr., *ἐκκριβὲς* (μ supra) R; *αὐτῶν* C; *απτετο* M; an scribendum *ἥπτετο*? — **110** *ποιμαινίῃ* NR, *ποιμενικῇ* coni. Hemsterhus. ad Lucian. T. I p. 257.; *βοῶν* om. Q; *ὑπέκειτο* codd. et edd.; *ἐλατῆρα καλαύρωψ* M; *καλάβροψ* codd. dett. et edd. ante Bekker., qui *καλαῦροψ* scripsit ex Dorvillii et Dausquei correctione. Alteram formam frustra defendit Lennep in Animadversionibus. — Praeterea *ἀπέκειτο* coni. Schneider, de quo vide infra. — **111** *επει* M, *ἐών* codd. dett. et edd. ante Lehrs. qui *ἐπεὶ* Hermanno et Schneidero quoque probatum recepit; *ἐῆς* pro *ἐών* coni. Lennep. — *σήραγγος* coni. Graefius, probaverunt Hermann et Schneider, recepit Lehrs; *σύριγγος* codd. et edd. ante Lehrs.; *ἐσῆθεα* M; *βαιον* M, *βαιόν* Bekker et Schneider, *βαιός* codd. dett. et rell. edd., etiam Iulien, qui *βαιόν* in nullo codice extare falso putabat, et Lehrs, qui *βαιός* retinens Hermanno obsecutus est. — *ὀδεύων* AQS. — **112** *αγροτέρην* M, *ἀγροτέρην* codd. dett. et edd. ante Lehrs., qui *ἀγροτέρων* recepit ex Graefii coniectura, quam probaverunt etiam Hermann et Schneider. *λιγυρῆν* M; *ἀοιδήν* om. M; — **113** *πολλακι* M; *ενσταθμοισιν ὀδευων* M, *ἀείδων* rell. codd. et edd., *ἰαύων* Schneider; *ἐνιστ.* CN; — **114** *ἀμελησε καὶ ουκεμπάζετο* M; — **115** *ἐνθεν* M, *ἔνθεν* (α supra) P (in quo corr. m. 2.) W; *ἔνθεα* SV, *ἔνθα δ'* coni. Lennep, Schneider; *ἐνθάδ'* Hermann, Lehrs; *ἐχων* M; *καὶ* codd. et ante Brodaeum, Falkenburgium et Neandrum (qui corr. in marg.) editi; *ηθεα* M; — **116** *και ερμάωνι φιλην* M; *ἑρμάωνι* C; *ἀνεβάλετο* M, et W ante corr. De versibus **111**—**115** haec Graefius p. 245: »Hic primum v. 110 nihil videtur nisi corruptio versus 114. Mirandum tamen, utrimque similem versum subsequi, 111 et 115, et variari etiam vv. 110 et 114 in nonnullis ita, ut de duplici poetae recensione non temere cogitare possis. Quod si negatur, alterum de duobus distichis aliunde irrepsisse censendum erit. Tueri utrumque is demum poterit, qui v. 110 ita immutaverit, ut a v. 114 satis recedat, sed et sui satis similis

maneat: in quo Wernikius [qui σπήλυγγος ἐς ἔνδια coniecerat, apponens Nonn. 22, 145 ἔνδια λόχμης. Paraphr. 12, 11 (51) ἔνδια κώμης, 14, 2 (8) ἔνδιον αὐλῆς. Oppian. Hal. 4, 371 ἔνδια πέτρης] praeivit, non tamen suspectum βαιόν vel βαιός emendans. Et sane mutari omnia possunt, ut: σπήλυγγος (v. σήραγγος) ἐς ἠθάδα θῶκον (v. βάθρον) ὁδεύων, vel: σπήλυγγος ἐς ἔνδιον ἁβρὸς (v. οἶος) ὁδεύων, vel: σύριγγος ἐς ἡδέα ῥυθμὸν ὁδεύων, v. σύριγγος ἀήθεος ἦχον ἀμείβων, alia; sed his nullus probabilitatis color inest, etsi σπήλυγγος mentionem facerent plura veterum loca, laud. ap. Hemsterh. ad. Lucian. T. I. p. 252, et artis adeo monumenta, in quibus Paridis iudicium expressum est. Superest, ut videas, an integriore versu 114 in locum corrupti v. 110 recepto, et servato versu 111 versum 115 post v. 112 collocare liceat. Verum partim operosum hoc est, partim nondum satisfacit, quia sic ante v. 116 desideratur versus huius modi:

σιγὴ δ' ἦν ἀν' ὄρος, σιγήσατο πώεα μήλων,
οὐ κύνες ὠρύοντο, καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος.

Sed his omnibus medetur id, quod priori loco suspicati sumus, si praeterea illa cod. Mut. lectio, quae ad v. 110 affertur, ad v. 114 transfertur, ut iam post v. 9 sequantur vv. 112. 113 et deinde sic legatur:

τοῖος ἐπεὶ σύριγγι, κατ' ἤθεα καλὰ νομήων,
Πανὶ καὶ Ἑρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπήν,
οὐ κύνες ὠρύοντο καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος.

nisi pro ἐπεὶ malis ὅπου. Eadem coniunctio cum seqq. locum habet, admissa Lennepii coniectura ἔνθα δ' ἔχων σύριγγα, κατ' ἤθ. quae et ipsa ex parte Cod. nititur (v. 114) ita ut ἔνθα sit u b i aut q u a n d o, etsi id Lennepius non videtur voluisse. Similem coniunctionem duobus duris et a Colutho alienis apostrophis εὖθ' ὅγ' ἔχων infeliciter tentabat Censor Hal. l. l. Iam si ponimus v. 110 verum esse τοῖος ἐπεί, et v. 114 ἔνθα δ' ἔχων, videmus utrumque distichon coire cum v. 116, ut sic quoque illa suspicio de duplicis recensionis vestigio augeri videatur. Sed simul ambiguum est, utrum v. 115 an v. 111, pro novissima recensione recipere praestet. Posteriorem qui praeferat, ei ἀγροτέρων καλάμων ut scribat, suadeam«. Contra haec somnia Hermann p. 15 sic disputavit: »De multis quae hic molitus est Graefius, illud aliquam veri speciem habet, quod duplicis recensionis sibi visus est vestigia deprehendisse.

Sed tamen, si quid video, faciliore opera res expediri potest. In primo horum versuum cod. Mut. *τοῖος ἐπεί.* Ut videtur, etiam *βαιόν*, quod non praetulerim vulgato. Scribendum videtur:

τοῖος ἐπεὶ σήραγγος ἐς ἤθεα βαιὸς ὀδεύοι
ἀγροτέρων καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν ἀοιδήν.

Ἀγροτέρων recte emendavit Graefius: neque enim haec poetarum secta duo coniungit epitheta ornantia. *Σήραγγος* mea est coniectura, in quam quum plurima tentaret etiam Graefius incidit. In quinto versu [v. 115] quod e cod. Voss. affertur *ἔνθεα* nihil aliud est quam quod in primo Paris. legitur *ἔνθεν* supra scripto *α*. Id si non ut Lennepius *ἔνθα δ'*, sed *ἐνθάδ'* correxeris, satis bene omnia cohaerebunt. Erit illud *ἐνθάδε* ad montis Idae loca referendum, in quibus degebat Paris, quum ad eum veniret Mercurius. Ante ultimum horum versuum aliquid excidisse vix potest dubitari«. Aliter de hoc loco iudicavit Schneider p. 421. 422: »non dixisset opinor Graefius, duplicem in his recensionem ipsius poetae extare aut ab aliena manu quaedam huc irrepsisse, si perspexisset, primo (v. 110 — 114) poetam narrare, quid omni tempore Paris fecerit, sive in pascua ibat (v. 110) sive prope stabula erat (v. 112) — nimirum fistula canebat, gregum autem rationem non habebat — deinde quid eo ipso tempore fecerit quum Hermes ad eum venit (v. 114 sq.). contra laudandus Graefius, quod vidit v. 110 *σήραγγος ἐς ἤθεα*, et v. 111 *ἀγροτέρων καλάμων* scribendum esse. restabat ut v. 110 *τοῖος ἐπεὶ* e Mutinensi reciperetur, quod fecit Hermannus, ut tamen non videatur recte rem administrasse. nam *ἐπεί* quum putaret temporale esse, *ὀδεύοι* correxit, quo fit ut sententia inde a v. 111 cum superioribus non iam congruat satis. Equidem ut paucis dicam, quid sentiam, poetam dixisse existimo, abfuisse baculum pastoricium, quoniam soli Paris operam dedisset fistulae et neglexisset greges, sive in pascuis esset, sive prope stabula versaretur, itaque scribendum censeo in hunc modum:

ποιμενίη δ' ἀπέκειτο βοῶν ἐλάτειρα καλαῦροψ,
110 *τοῖος ἐπεὶ σήραγγος ἐς ἤθεα βαιὸν ὀδεύων,*
112 *πολλάκι δ' οἰοπόλοισιν ἐνὶ σταθμοῖσιν ἰαύων*
111 *ἀγροτέρων καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν ἀοιδήν*
καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μήλων.

nam v. 110 et 112 aeque referri ad v. 111 patet, unde efficitur ut neque disiungi priores illi versus possint, et ineptum iam sit *ἐνὶ*

σταθμοῖσιν ἀείδων, cui quod substitui *ἐ. στ. ἰαύων* eandem hic significationem verbum habet quam v. 349. — His aptissime subicitur, tum quidem, quum Hermes veniret, in pascuis versantem Parim cantilenam modulatum esse Pani et Mercurio:

ἔνθα δ' ἔχων σύριγγα κατ' ἤθεα καλὰ νομεύων
Πανὶ καὶ Ἑρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπήν.

ubi *ἔνθα δέ* sumpsi a Lennepio et temporale esse puto. quod enim Hermannus *ἐνθάδ'* correxit et ad Idae montis loca rettulit ubi Paris degebat, monendum duo fuisse loca, et pascua et stabula, in hoc autem verborum contextu *ἐνθάδε* vix alio atque ad *σταθμούς* v. 112 referri posse, quod fieri propterea nequit, quoniam quum Hermes veniebat, non in stabulis, sed in pascuis Paris erat, ut praeter v. 102 sq. in hoc ipso versu positum docet nomen *ἤθεα* (cfr. Hom. Il. 6, 511 et 15, 268), item participium *νομεύων*. ita enim aperte scribendum esse pro *νομήων*«. Haec acutius credo quam verius Schneider, ex cuius coniecturis *ἀπέκειτο* (v. 110) et *ἔνθα δ' ἔχων* (v. 115) recepi. De reliquis aliter sentio, cum poeta haec voluisse mihi videatur: »Pastorale autem pedum aberat, quia saepe in antrum suetum procedens fistula canere solebat, saepe autem in pascuis canens nullam gregis curam habebat«. Quae licet non nimis elegantia sint, tamen nescio quo modo iure vituperari possint. — *ἐπέκειτο* (,vestibus adfixum erat') quod Tournier p. 23 coniecit et sequenti descriptioni inde a *τοῖος* melius convenire dixit, cum Mutinensi scriptura a plerisque probata *τοῖος ἐπεὶ* minus apte sociari posse mihi videtur. — Quod autem ad *κατ' ἤθεα καλὰ νομήων* attinet, recte haec a Lehrsio interpretata esse videntur, qui vertit »gerens fistulam secundum consuetudines pulchras pastorum Pani et Mercurio gratam offerebat cantilenam«. — **117** *και* M; *μυκήσατο ταύρους* M, *μυκήσαντο ταῦροι* codd. dett. et edd. antiq., nisi quod *μηκύσαντο* Q; *ταύροι* C, *ταῦροι* (ς superscr.) NR; correxerunt Brodaeus, Falkenburg et Stephanus. — **118** *μουνην δ'* R; *μοῦνημονόεσσα* M; *βοησαδίδατος* M, unde *βοῆς*, in quod etiam Lennep inciderat, primus recepit Bekker, *βοήν* codd. dett. et edd. ante Bekkerum. — **119** *ἰδαίων* M; *ἀντῖαχος ἴαχεν* M, sed M 2 *θροος* scripsit supra *ἴαχος*; *ἀντίθρονος* G; *ἠχώ* LN; — **120** in *ταῦροι ο* ex *υ* M 1; *δε* M; *χλ. καὶ χορκότες ὑψόθε* (sed ultimum *ε* incertum) M, sed *ρκότες ὑψόθε ποίης* additum est a M 3; *δὲ* om. LQ; *κεχορικότες* (η superscr.) C; *χλωερῆς* ex

χλοερῆς A; ὑψόθι om. L; Lennep Brodaeum secutus, comma quod in aliis edd. post ποίης erat, delevit et κεκλιμένοι ὑψόθι ποίης βαρύγουνον ἐπ' ἰσχίον εὐνάζοντο coniunxit. Quod iniuria spreverunt omnes recentiores editores. — 121 κεκλυμένοι M, κεκλισμένοι C ante corr.; ἐπισχίον M, ἐπ' ἴσχιον Q; — 122 ὃ recepi ex Q; ὁ rell. codd. et edd.; ὑψιλόφοιο codd. dett. (ὑψειλόφ. Q) et edd. ante Bekker., ὑφορόφοιο (οι suprascripto) M et rell. edd.; φυγῶν V, φυτὸν Q, φυτῶν cum glossa ἐλθών C; ὑπένερθε MCLQ, ὑπάνερθε G, ὑπένευθε A, ὕπερθε NPRSVW; — 123 τηλώθεν W ante corr.; ἑρμάωνα MC; διακτόρον M; εἶδε M, ἴδε ex ἦδε C, ἦδε A, ἧδε L, ἦδὲ suprascripto ει N, ἦδε suprascripto ει R, εἶδε P, ἥδε Q; — 124 ἀνορουσε M, ἀνόρουσεν PS; ἀλέεινεν P; δ' post θεῶν om. ACLNPQRSW (codd. dett. omnes, ut vid.). De hoc loco cfr. Lennepium: »Loquitur versu praecedente de solo Mercurio a Paride eminus conspecto; et tamen hic immediate subdit numero multitudinis θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν, ac si non solius Mercurii, sed etiam trium dearum una ad Paridem tendentium mentionem iam fecisset. Forsan scribendum θεοῦ δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν quis opinaretur. [Et sic ego olim conieci]. Sed vero hac admissa coniectura, alia longe maior difficultas emerget. Non enim solus Mercurius ad Paridem properabat, nec eius adspectu adeo Paris obstupuit, sed potissimum dearum simul ad temerarium arbitrium tendentium. Verosimilius itaque, retento θεῶν numero plurali, et hic excidisse versum unum aut alterum«. Cuius suspicionis firmandae causa ad Ovid. Heroid. XVI 61 sqq. provocavit. Contra iam Harles: »Ego vero neutrum opus esse arbitror, sed in epitheto Mercurii, διάκτορον nuncium, latere videtur mens, deas comites fuisse. Alias l. l. illud epitheton frigidum foret«. — ὀπωπῆν M; — 125 χορονηκελάδων M; επιφηγον ἐρείσας M, unde ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας Bekker et rell. post eum edd., ἐπὶ φυτῶν ἐάσας rell. edd. et codd. dett., praeter G, qui ἐπὶ φυτοῦ ἐάσας et *h*, qui ἐπὶ φυτὸν ἐάσας habet. ἐπὶ φίτου ἐάσας coni. Schrader ad Mus. p. 224, quod vocabulum ex φιτώνυμον (al. φυτ.) sibi finxerat. ἐπὶ φιτροῦ ἐάσας coni. Dorville, ἐπὶ φυτοῦ ἐάσας Brodaeus, Stephanus et Falkenburg. »Aliam coniecturam super nostro loco adscripserat vir doctus ad Aldin. editionem, nempe ἐπὶ φηγὸν ἐάσας, ubi etiam alia manu adscriptum erat ἐπὶ φυτὸν vel φυτῷ ἐλάσσας. Quod posterius verbo indicasse sufficiat, cum sua sponte satis se destruat. Priori coniecturae respondet, quod aliquando ex amicis meis quidam suspicatus fuerat, ἐπὶ φηγοῦ ἐάσας, quod elegans

sane et loco appositum. Solebant enim saepe medio die sub arborum et maxime quercuum vel fagorum alto tegmine ad radios solares arcendos se fistula oblectare pastores. Credidi et ipse aliquando legendum ὑπὸ φηγὸν ἐάσας: nec forsan ab hac scriptura longe discedendum. Si adhuc aliam quis desideret coniecturam, posset suspicari legendum:

Καὶ χορδὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ τούτῳ ἐάσας.

[ubi ἐπὶ τούτῳ vertit: dum haec accidebant]« Lennep, Animadv. p. 147. 148 (ed. Schaefer). Tum »ὑπὸ φηγοῦ quidam doctus quod mihi placet«. Harles. — Scripturam a Bekkero ex M receptam sola (Bekkeri) coniectura niti existimans simulque fagi mentione sensim illata offensus Lobeck Parerg. ad Phryn. p. 715 sq. vitiose ἐπὶ οὔδει ἐάσας scripsit »fistula humi abiecta, quam significationem seriores huic verbo dederunt. Quod superest, eodem modo Nonnus Dion. VI v. 288 σύριγγα ἐάσας«. — M libri scripturam firmat Nonnus Dion. 30, 102 ἐπερείσατο γείτονι φηγῷ. — 126 μηποπολλὰ χαμοῦσαν εἠν M; χαμοῦσαι Q; codd. dett. (etiam G(?)RV ut videtur) om. ἑὴν, quod restituerunt Brodaeus, Falkenburg, Anon. et Portus. — ἀνέκοπτεν codd. et edd. omnes, nisi quod ἀνέκοπεν L; ἀνέκοψεν ego scripsi, et sensui et usui Nonniano obsecutus cfr. Dion. II 21. III 25. IX 311. XXII 134. XXIII 113. XXXVI 133, 391. XXXVII 258. XLVIII 174. Paraph. μ 27, ν 29, σ 55, υ 72. Contra imperfectum ἀνέκοπτεν quod XXXVI 430 legitur in comparatione eo excusatur, quod crebro imperfectum pro aoristo in comparationibus Nonnus posuit. μὴ πόλλ' ἀκμάζουσαν ἑὴν ἀνέκοπτεν ἀοιδὴν coni. Lennep, quod postea rursus improbavit. — De hoc versu sic Schneider p. 436: »In his quomodo χαμοῦσαν ἀοιδήν poeta dicere potuerit non intelligo. pro ἀοιδὴν reponendum puto ἐρωήν, quod e Nonni Dion. 37, 258 sumpsisse Colluthus videtur: εἰ μὴ ἔτι σπεύδουσαν ἑὴν ἀνέκοψεν ἐρωὴν [ἡνίοχος]«. Quae merito improbavit Tiedke in Hermia XIII p. 355. 356: »Nam apte ἐρωὴ dicitur curru vehentis aurigae, Paridis fistula canentis non item. Qua re cum id quod traditur hanc habeat explicationem, cantum suum nondum ita fatigatum repressit, medium intercepit, e Dionysiacis conferre malim II 21 ubi Cadmus fistulae cantum abrupisse sic narratur ἔμπνοος εὐκελάδοιο δόναξ σίγησε νομῆος Ἁρμονίην δ' ἀνέκοψεν quae cum Colluthi verbis καὶ χορδὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας ... ἀνέκοπτεν ἀοι-

δήν adeo congruunt, ut si modo certi Dionysiacorum versus ei exemplo fuerunt, hos potius quam quem Schneiderus voluit imitatus esse videatur«. Schneideri coniecturam qui obscuriorem esse iudicavit, Tournier, p. 23. 24 *μήπω πολλὰ καμοῦσαν* utpote ex glossa natum ex textu expellendum et in eius locum ex Tryphiodoro 44 (*ἀκάματός περ ἐοῦσα*) *ἀκάματόν περ ἐοῦσαν* substituendum esse dixit. — 127 *τοιάδε δειμ.* Q, *τοῖα δε* M; *προσεννεπε* M, *προσένεπε* Q; *ἑρμης* M; — 128 *γαῦλον* ex M recep. Bekker et rell. post eum edd., *τάρβος* codd. dett. et edd. ante Bekkerum nisi quod *τάρβον* hn; *αποῤῥίψας και* M; *ἀποῤῥύψας* C; *μεθύσας* ALQ. Pro *μεθήσας* Graefius p. 246 *μεθήκας* coni.: »fidem facit v. 374 [? an v. 367?] cfr. Matthiae Gr. gr. p. 271«. Ad vulgatam tuendam Hermann p. 15 ad Lobeck. Phryn. p. 721 provocavit. Lennep et ipse offensus insolito illo *μεθήσας* ex v. 77 (... *ἐφημοσύνῃσι πιθήσας*) pro eo *πιθήσας*, vel quod postea praetulit *μεθήσων* coniecit. — 128 *ἐπ-ουρανίῃσι* M, *ἐπ' οὐρανίῃσι* NPW, *ἐπ' οὐρανίοισι* L, *ἐπουρανίοισι* ACQ, *ἐπουρανίῃσι* G et edd. omnes praeter Lennep. (et Harles.) qui ex (L)Q *ἐπουρανίοισι* male recepit. *θεμιτεύσειας* Q; *δικάζων* ex *δίκαις* C; — v. 130 omissus est in M; — 131 *φαιδροτέρῃ τὸ δε μῆλον ἐπηρᾶτον ερνος ὀπάσσεις* M, *ἔρνος* APQS et N ut vid.; *ὀπάσαις* A ante corr. — 132 *ἀνήντησεν* M; *ὃδ'* M et rell. codd. et edd. praeter N qui *ὃ δ'*, idque recepi; *ησπιον* M, *ἤπιον* ANP; *ὄμματα νύσσας* M; *τανύσας* Q; — 133 *ῆκα* M, *ἧκε* Q, *ἧκα* (ε supra α) A (corr. m 1. sed ε ex α effecit glossator); *ὦκα* (statim) coni. Tournier p. 24.; *διακρινειν* M; *ἑκάστης* C; — 134 *δερχετο* M; *μὴ* pro *μὲν* Q, *δὲ* suprascripsit glossator; *σελας εδρακε δειρην* M; »Quam in promptu erat scribere *ἔδρακε* [pro *δέρκετο*] ut ita eadem vox repeteretur!« Lennep. — 135 *χρυσῷ* M; *δαιδαλέην* ex M primus recepit Bekker, *δαιδαλέης* codd. dett. et edd. ante Bekkerum; *ἐφράσατο* ACLNPQRS; *κόσμον ἑκάστης* codd. et edd. ante Bekkerum, qui ex Wernikii coniectura comparato v. 83 *κόσμον ἐθείρης* edidit; quem probavit Graefius p. 246, secuti sunt Iulien et Lehrs; *κόσμια χαίτης* coni. Censor Bekkeri Halensis. — v. 136 om. M; *μετόπισθεν* CQ, *μετόπιστε* (σθε supra) P, *ἴχνεα* (ι supra) S; — 137 *χειρῶν μειλ ν εντα δικης* et *ἑλόσσης* pro *ἑλοῦσα* M; *προπάροιθεν* P; — 138 *αλεξανδρω* M; *αθήνη* M; De versibus 133—139 magna est virorum doctorum dissensio. Et primum v. 136 *καὶ πτέρνην μετόπισθεν* coni. Lennep, *καὶ πτέρνας μετόπ.* Censor Halensis, et accusativum omnino requiri etiam Graefii erat opinio p. 246.

Vulgatam sic interpretatus est, non male, iudice Lennepio et assentiente etiam Harlesio, Brodaeus: »tum posteriorem tum anteriorem pedis figuram vidit«; etiam Iulien genetivum *πτέρνης* aeque ac *ταρσῶν* ab *ἴχνια* voce pendere intellexit secutus a Lehrsio; nihil ergo in vulgata lectione mutandum. Tum v. 137 copulae defectu iure offensus *χειρὶ δὲ* pro *χειρῶν* coni. Lennep, provocans ad v. 62 *χειρὶ δὲ δινήσασα*, v. 157 *χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα*, v. 170 *χειρὶ δὲ μῆλον ἔχουσα*, sed iure oblocutus est Iulien, recte *χειρῶν ἑλοῦσα* ayant pris par la main, et *χειρὶ ἑλοῦσα* ayant pris avec sa main vertens et huic loco prius tantum accommodatum esse monens. Praeterea *μειδιόωσα* pro *μειδιόωντα* recepit Iulien ex Anonymi coniectura, quam satis commendabilem esse Lennep quoque putabat »quemadmodum versu 156 de Venere *τοῖα δὲ μειδιόωσα προσέννεπε μηλοβοτῆρα* ut adeo de Minerva blando risu et mollibus verbis Paridem ad favorem sui allicere cupiente intelligatur. Cum tamen *μειδιᾶν* Veneri et delicatulis amatoribus potius quam Minervae sit proprium, fieri posset, ut de industria scripserit *μειδιόωντα*, quippe apprime Paridi tam egregias dearum formas non tantum contemplanti, sed et iudicium de iis ferenti conveniens«. In omnia alia abiit Graefius p. 246: »Primum copula deest, deinde particip. *μειδιόωντα* hic non nimis aptum est; accedit, in cod. M. aliam f. lectionem latere. Simplicissimum esset: *καὶ χειρῶν μέλλοντα δικ.* sed e divulsis literis cod. M. elicias *χειρῶν δ' εἰλινύοντα* v. *ἐλλινύοντα* si obloqui licet Viris doctis qui *ι* in h. v. produci contenderunt; nam *χειρὶ δ' ἐλινύοντα*, vel *χειρὶ δὲ δειλὸν ἐόντα* v. *δειμαίνοντα* ut v. 123 et 126 iam longius recedit«. Lehrs Hermannum secutus est, qui p. 15. 16 versus 137. 138 tribus affectos esse vitiis contendit: »primo quod non sunt nexa superioribus; secundo quod non apparet cur Paris rideat; tertio quod Minervae personam dedecet hic supplicandi modus. E cod. Mut. scripturis *μειλ ν εντα* et in fine versus *ἑλόσσης* vereor ut aliquid erui possit. Fuit haud dubie pro hoc versu aliud quid scriptum a poeta: ipse versus autem et genuinus est et aptissimus, si in locum suum reponatur post v. 158 ubi de Venere impudentius instante sermo est:

τοῖα δὲ μειδιόωσα προσέννεπε μηλοβοτῆρα,
χειρῶν μειδιόωντα δίκης προπάροιθεν ἑλοῦσα«.

Quae feliciter refellit Schneider p. 421: »Nam quod Hermannus, qui v. 136 post v. 158 reponi volebat, non apparere dicit cur Paris

subrideat, non subridet hic alia de causa atque qua Hermannus eum post v. 158 ridentem facit, nimirum quod tot ille dearum venustates conspexit. nec magis Hermanno assentior, quod Minervae personam dedecere putat hunc supplicandi modum, ut manu Parim prehendat«. Sed vv. 135. 136 quoque vel post recentiorum editorum curas vitio non carere primus egregie docuit Schneider, p. 420. 421: »Nam si *κόσμος* intelligendus est trium omnium dearum, debent etiam quae praecedunt *βλεφάρων σέλας* et *δειρὴ χρυσῷ δαιδαλέῃ* de unaquaque intelligi dea, id quod nemo persuaderi sibi patiatur, qui cogitaverit Venerem quidem auro ornasse se, sed Minervam et Iunonem tali lenocinio usas esse, non narrari v. 80. itaque quum *δειρὴ χρυσῷ δαιδαλέῃ* ad Venerem solam referenda sit [ad Iunonem male retulit Iulien] et *γλαυκῶν βλεφάρων σέλας* cogitationem extemplo ad *γλαυκῶπιν Ἀθήνην* abripiat [sic primus recte Iulien], *κόσμος* iure intelligemus de aliqua venustate corporis Iunonis. quod si verum est — et ego quidem puto esse verissimum — apparet non iam potuisse v. 135 *πτέρνην* et *ταρσούς* memorari, quibus neque Minervam aut Venerem prae ceteris conspicuas veteres finxerunt. at non expulerim tamen continuo hunc versum, etsi omissus est in codice Mutinensi — nam hic quidem codex etiam alios omittit versus ab reliquis codicibus servatos, quos propterea nemo facile reiciat — sed reponendum eum censeo post v. 132, ubi aptissime Paris dicetur pulchritudinem dearum ita exploravisse, ut cuiusque vel calcis venustatem et plantarum vestigia spectaret, usque dum inveniret quae cuique deae propria esset venustas, Minervae dico oculos splendentes, Veneris collum, Iunonis brachia. nam brachia *Ἥρης λευκωλένου* statim velut e nebula in conspectum prodeunt, si versum 134 coniunximus cum v. 136 (*κόσμον . . . . . χειρῶν μειδιόωντα*) eiecto versu 135 qui male huc pedem intulit. nec mirum illuc irrepsisse eum, postquam semel mendose scriptum fuit *κόσμον ἑκάστης*. nam qui omissum olim versum 135 supplere voluit, supplevit post alterum *ἑκάστης* (v. 134) non uti debebat post prius (v. 132). ipsum autem illud *κόσμον ἑκάστης* quomodo emendandum sit non invenio, nam *κόσμον ἐραστόν* parum placet. — Restant verba *μειδιόωντα δίκης προπάροιθεν ἑλοῦσα*, quae ut nunc sunt posita offendunt copulae defectu, quam iure Lennepius aliique desiderabant. et si adeo addi copula aliquo modo posset, vel sic tandem dicendum esset nimis praecipitem poetam transiisse ad dearum promissiones et illecebras quibus sibi quaeque Parim

conciliare studebat. quis enim cui quidem aliquis in his rebus sensus est, non exspectet a poeta additum, Parim, qui tot vidisset venustates, haesitasse diu incertum cui primas deferret? quod facit, ut lacuna simul depravatum locum putem quem ita ut posthac scribant editores suaserim:

κόσμον . . . .
χειρῶν [μειδιόων] . . . .
. . . .
[καὶ τότε] μειδιόωντα δίκης προπάροιθεν ἑλοῦσα
τοῖον Ἀλεξάνδρῳ μυθήσατο μῦθον Ἀθήνη«.

Haec Schneider sagacissime, sed non omnino vere. Transposito enim versu 136 post v. 133 non ea, quam Schneider nonnullis quae in graeco textu ne leguntur quidem vertendis supra expressit, sed haec inepta evadit sententia: »Paris dearum pulchritudinem et calcis et plantarum vestigia diiudicare (vel explorare) tentavit«, ubi quis non offendat in vocabulis κάλλος, πτέρνη et ταρσοί sic coniunctis? Mihi versus 136, quem olim potius post v. 75 ponendum esse non sine causa suspicatus sum, nunc quo loco in editionibus legitur recte se habere videtur. Aspexit enim Paris primum eam uniuscuiusque deae venustatem, quae prae ceteris excellens super modum eius oculis sese obtulerat, post autem ad caeteras dearum venustates transiit adeo religiose, ut vel plantarum vestigia inspicere non neglexerit. Quare servata omnium codicum lectione κόσμον ἑκάστης post χρυσῷ δαιδαλέην plures versus intercidisse significavi, in quibus et de Iunonis brachiis mentio iniecta fuerit et id quod poetae dicendum fuisse modo indicavi, pluribus persecutum sit. Olim in Schneideri sententia acquiescens Iunonis κόσμον ἀγοστῶν (in quod Mauritium Schmidt quoque incidisse nunc video in Mus. Rhen. XXV p. 182.) a poeta laudatum fuisse vix recte suspicatus sum. — Praeterea versus sicut a Schneidero descripti sunt, vel ideo placere non possunt, quod in iis κόσμος χειρῶν de Iunonis brachiis (λευκώλενος Ἥρη) positum est, et χειρῶν ἑλοῦσα, ut antea editum erat, aptius de Minerva dictum est, quam simplex ἑλοῦσα, quod vix aliter ac per amplexa est interpretari possumus. — Restat ut Tournerii commentum (p. 24) commemorem, qui γλαυκῶν βλεφάρων σέλας ad Minervam referendum esse concedens, omnino male δ' Ἥρην pro δειρήν proposuit et ἐφράσσατο κόσμον ἐθείρης ab interpolatore additum esse putavit deperditi hemistichii, qui de Venere

egerit, loco. — 139 *δευρο* M; *πριαμοιο* M; *παρακοιτιν* M, *παράκειτιν* P; versus 140—143 omittit M; — 140 *ἀτιμάσας* CLNPQSW (an dett. omnes?) *hn* Portus; — 141 *ἐπαινέσας* SW*n*, *ἐπαινεσειας* V, *ἐπαινέσσειας h*, *ἐπαινήσειας* etiam PQR; — 142 *σέ* NP*h*, *σὲ* W; *κοιρανέην* Pm. 1, R et N ante corr., W post corr.; *καὶ πατρώϊον* AQ; — 144 *μηποτεσοι* M; *ἐπιβρίσειεν* ex *ἐπιβρύσειεν* C, *ἐπιβρίσειενὑὼ* Q, *ἐπιβρύεν* SW, *ἐπίβριεν* NR, *ἐπιβρυεν* V, *ἐπιβρύεν* ex *ἐπίβρυεν* P; — 145 *πειθεο και πτολέμους τε και ηνορεην σε* M; *τε* om. C, *καί* post *τε* om. S. »Nonni sectatorum stilus scribi iubet« *σε* pro *τε*, iudice Hermanno p. 16; et secutus est Lehrs. — 146 *ωσημὲν* M; *ἦ* ego scripsi, *ἡ* codd. rell. et edd.; *αθήνη* M; — 147 *τοιάδ' ὑποβλίδην* Q; *υποβλήδην* M; *ἔνεπε* Q, corr. gloss., *ἔννεπε* P; — 148 *εἰ με* et *προφερεστερον ἔρνος ὀπάσσης* M; *ἔρνος* PQW; *εἴ με διακρίνας, προφερέστερον εὖχος ὀπάσσῃς* coni. Pierson. Verisim. p. 257, probante Harlesio. Comma, quod vulgo post *διακρίνων* legebatur, post *προφερέστερον* transposuit a Lehrsio secutus Hermann p. 16, qui addit »Immo *εἰ μέ*, inquiant qui apud Tryphiodorum e v. 405 *μὲ καὶ αὐτήν*, aliaque alibi similia procuderunt, quae nobis non videntur esse non appetentis soloecismorum. *Ἦ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ*«. Secutus est Lehrs. Vulgatam interpunctionem qui et ipse vitiosam esse sensit, Lennep *εἶδος* pro *ἔρνος* scribi iussit, improbatus ab Iuliano, qui aegre tulit, quod in Lennepii lectione *κατὰ* post adiectivum subintelligendum est, et *ὀπάσσῃς* sine obiecto remanet; praeterea *προφερέστερον* pro feminino positum ex Tryphiodori loco 128 *ἡμῖν θαλπωραὶ προφερέστεροι ἤπερ ἐκείνοις* illustravit. Sed ibi nunc ex deterioribus licet libris *προφερέστεραι* editur. Ego post *προφερέστερον* duo hemistichia excidisse significavi, quae suspicio eo praesertim firmatur, quod nusquam *ἔρνος* sine epitheto pro malo dixit Colluthus, (cfr. v. 60. 61 *ἔρνος ἑλοῦσα, Μῆλον*, et v. 131 *τόδε μῆλον, ἐπήρατον ἔρνος*) et quod versus 130. 131 ad eandem suspicionem necessario ducere videntur:

δεῦρο διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς,
φαιδροτέρῃ τόδε μῆλον ἐπήρατον ἔρνος ὀπάσσῃς.

Ceterum *ὀπάσσεις* pro *ὀπάσσῃς* coni. Graefius p. 246 »ut simile vitium aliquoties in Nonno sustulimus«. — 149 *πασης* M; *σ'* om. codd. et edd. omnes ante Lehrsium. Et iam Lennep in Animadv. p. 101: »omnino voculam *σὲ* desiderari puto hoc modo restituendam *πάσης ἡμετέρης Ἀσίης σ' ἡγήτορα θήσω*. Nisi enim haec addatur

omnis loci vis perit, cum nihil Paridis referret, utrum Iuno Asiae regem imponeret, nisi ipse rex futurus esset«. *Σε* etiam post *πάσης* inferri posse Bekker monuit et sic Wernike ad Tryphiod. p. 264 tacite scripsit. Probavit Hermann p. 16 et Schneider p. 437, recepit Lehrs, propter male elisam vocalem improbavit Ludwich Symb. crit. p. 30. 31. Sed equidem et propter sententiam et propter v. 143 (*δεῦρό σε τειρομένοισι σαόπτολιν ἀνδράσι θήσω*) satius duxi pronomen inferre et Colluthum non magis ac Tryphiodorum abhorruisse a pronominum elisione statuere. — *ἡμετέρης* codd. et edd. omnes, nisi quod *ἡμετέρης* C et *ὑμετέρης* ed. Schaeferi. Sed recte iam Graefius p. 246: »scio *ἡμετέρης* defendi posse; verius tamen esset *ὑμετέρης*, quam Paris incolebat. Nunc nimis anguste de Iunone Idaea cogitandum. Praeterea offendit ter recurrens *ης*; etsi conferri potest v. 198. Poterat tamen: *Ἀσίδος ὑμετέρης πάσης σ' ἡγήτορα θήσω*. cfr. v. 160«. Probavit *ὑμετέρης* etiam Schneider p. 436: »nam quo iure suam Iuno dicat Asiam neminem puto intellecturum esse«. *ασιησηγήτορα* M. — **150** *ἀθεριζε τι γαρ πολέμων* M; vv. 150. 151 P etiam post v. 143 exhibet. *πολέων* pro *πολέμων* edd. antiquae; correxerunt Anon., Brodaeus et Stephanus. — **151** *κύρανος ἴφθίμοισι και* M; *ἀπτολέμοισι* MACL, *ἰφίμοισι* AQ, *ἀπολέμοισι* NPRW, *ἀπολέμοισι* (οὐ superscr.) S, *ἀπολέμοισι* (ου superscr.) V, *οὐ πτολέμοισι* Q; *κελεύοι* MQ. Cum priores interpretes haec sic fere vertissent: »reges fortibus simul et imbellis imperant«, recte hoc ineptum esse vidit Iulien, qui ex codicum vestigiis *ἰφθίμοισι καὶ οὐ πολέμοισι* scribendum esse collegit (p. 98) quod r e x s t r e n u i s n o n b e l l i s i m p e r a t vertit. In eandem sententiam multo melius disputavit Schneider p. 437, qui praeeunte Ungero (in epist. crit. ad L. Krahnerum p. XVIII) *καὶ εὐπτολέμοισι* coniecit, nam poeta »quum regi nihil esse cum bello dicit.. nihil dicit nisi opus non esse ut ipse rex bella gerat ut qui habeat quos mittere possit viros fortes et bellicosos«. Ego formam *εὐπολέμοισι* praetuli. — **152** *οὐκ αἰει* M; *οὐκ αἰεὶ* codd. omnes (etiam L), nisi quod *οὐκ αἰὲν* fort. A; *οὐκ ἀεὶ* edd. ante Falkenburgium et Stephanum; *αριστευουσιν* M. — ad v. **153** manus prima in M in margine lineolam appinxit. *ὑποδριστῆρες ἐνύους* M. — **154** *τοιην κυρανίην* M; *προτόθρονος* C, *πρωτόθρωνος* P; *ἥρη* M; — **155** *ηδ'* M; *ἠδ'* P ante corr., *ἠδ'* rell. codd. et edd., *ἧ δ'* ego scripsi; *εαννὸν* M, *ἑανὸν* ACLPQRW*hn*, *ἑανοῦ* coni. Schneider p. 437 nam »si quem ego in his rebus sensum habeo, post *βαθύκολπον* poeta *κόλπον* in-

ferre non potuit nisi altero ad alterum relato, ut constat dici γῆ βαθύγεως, γένος ἀρσενογενές, πολύπλανοι πλάναι, ἄγγελον Ἶριν ἔπεμπε δυσάγγελον (Nonn. Dionys. 20, 184), ἔκρυφε πᾶσαν ἀβακχεύτων στίχα Βάκχων (id. 23, 254), alia id genus plurima: cf. Lobeck. Paralip. p. 366 et 536«. Sed si ἑανοῦ βαθύκολπον κόλπον ἐς ἠέρα ἀνηώρησε iungendum esset, γυμνώσασα quo referretur non haberet; cfr. etiam v. 158 στῆθος ἅπαν γύμνωσε, quo κόλπον et γυμνώσασα nostro loco iungendum esse probatur. Cum olim commate post ἠέρα et κόλπον deleto ac post γυμνώσασα posito interpretes verterint »Ipsa vero peplum sinuosum in aere denudans, Venus sinum sustulit«, Ruhnken et Lennep secuti a reliquis editoribus interpunctionem correxerunt. εσηερα M; — **156** ἀνηώρησε et ηδεσσατο M, ἠδέσατο Q, ἠδέσατο S; — **157** χειρι δε et ἐρωτων M; δεσμόν ut scripserat iam Ubelus coniecerat que Perdrier., ex M recep. Bekker et post eum editores praeter Lehrs.; deteriorum codicum et reliquarum editionum lectionem θεσμόν (cui νόμον glossa suprascripta est in C) tueri frustra conatus est Lennep in Animadversionibus. — **158** γυμνωσε M; ἐμνήσατο codd. omnes (praeter G, qui ἀμνήσατα) et edd. praeter Porti et Iuliani, qui ἀμνήσατο. Et ἀμνήσατο, pro quo Iulien in notis p. 100 potius ἠμνήσατο scribendum esse vidit, vertendo expresserunt plerique interpretes. Etiam Lennep: »sensus tale quid efflagitare videri posset quodammodo. De vocis tamen bonitate vehementer addubito. Quare meliorem viam instituerunt Brodaeus, vir doctus ad Ald. Ed. et Neander [in margine] vel ἀμελήσατο vel ἐπελήθετο reponentes. Quod si veterem consuetudinem spectes mulierum, ut eo citius aliorum animos flecterent, sinus et potissimum mammulas suas denudantium, sensum equidem vulgato longe meliorem habere existimo: si vero Coluthi genium et scribendi morem consulas, causae non multum erit, cur a vulgata ἐμνήσατο discedas. Videtur suae aetatis mores potissimum spectasse, qua dedecori maximo, ut hodiedum etiam, duceretur, si qua sinum et mammas denudaret, ut hoc modo aliorum favorem sibi conciliaret. Talem fuisse auctoris mentem, modo inspexerit versum 152 et 153:

Ἡ δ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα, γυμνώσασα
κόλπον, ἀνηώρησε καὶ οὐκ ἠδέσσατο Κύπρις,

qui neget nullus erit«. Vulgatam Nonni exemplo tuitus est etiam Bekker, collato Dion. XXI 109 καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζοῦ, et XXIII

